

Grzbiet oprawy wyrestaurowano w za=
kładzie introligatorskim Roberta Jahody
w r. 1934.

582

N. Inw. 582.

DBIII
34.

897

Liber librarie vniuersitatis Crac.
studij generalis. exemplaria continens
iudiciorum astrologorum

Prognosticon Magistri Nicolai de Shadek in annum Cristi 1514 in celebri studio Crac. editum.

Compilatum per M. Jacobum de Ilza seniorem huius astrologie [illegible] M. Nicolaum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] manu sua scriptum

Iampridem sensu ratione ac ipsa multorum sapientum auctorita-
te extat comprobatum, nec ab ullo sane mentis compote: in
ambiguo repositum, a celestibus motibus atque corporibus: complexio-
nes animalibus innasci. non has solum generales quas phisicorum
turba solita est pertractare: sed multo et minores, actus humanos
concernentes: que tamen illorum generalium quasi riuuli sunt. Com-
plexiones enim animalium, a superioribus corporibus: contrahun-
tur. a complexionibus vero varietateque ipsarum: varia in homi-
nibus sunt fantasmata, quibus fit: ut alius, alijs rebus gaudeat
aut doleat. hinc multiplicia ingenia hominum sunt, hinc
varie voluntates. nam vires etiam inorganice cum, fantasma-
tibus operationes suas efficiant: complexionalem vim imitantur.
hinc etiam fit, ut alius magna vi pluuie perterritus quiescat, nec
iter necessarium agat, et sereno postea celo iter aggressus, in predones
incidat. Alius celi ruina contempta: dum festinus iter peragat, non
modo predones effugiat: verumetiam ad apertum, impetu pluuie,
thesaurum perueniat. he sunt enim in complexionibus humanis vires
stellarum, ex quibus potissimum: tam multe varieque bonorum ac ma-
lorum vicissitudines, tantaque rerum varietas contingit. ut alios ma-
lefitia iuuent, alios benefacta condemnent. hos male artes efferat
illi ob virtutem deprimantur, hunc prosunt scelera. illi nocent re-
cte facta. huius bone actiones ob inuidiam, ingratitudinemque nullum
premium consequentur. ille locupletur ignauia: hic ditescat per
rapinas, ille dum continenter viuit: omnia aduersa patiatur, quorum
exemplorum vita mortalium plena est. cumque tot et tanta a vir-
tute celesti, Egiptiorum ac Caldeorum exquisitissimi indagatores:
prouenire experti sunt: fatum inevitabile illis attribuere. et multi
illorum sapientum, ex ipsarum stellarum pene stupenda efficacia
etsi omnium: signanter illarum que eis certos orbes vsurparunt: ani-
mata vtique anima sensitiua ac rationali dixerunt. deosque esse ar-
bitrati sunt, hinc Jouem, Saturnum, ac Mercurium cum ceteris

pro dijs coluere, cumque multi illorum sapientum divinis prophetis in futuris predicendis equarentur, inter quos Hermes ille trismegistus astrorum observator exquisitissimus: ex oraculis que ore dabat illo vendico pro deo est ab Egiptijs cultus ac veneratus. Unde et ipse qui ~~et ipse qui~~ admodum pauca rudimenta huiusce facultatis notam, affectans tum omnibus utilis fore, tum singulariter hijs quos novitas futurarum rerum oblectare solita est, illorum placito iuxta mee exilis minerve facultatem satis faciens, prognosticum annuum ex siderum celestium afflatu pro Cristi domini 1511 anno currente hoc qui sequitur ordine exordiar

Capitulum de magnis celi configurationibus

Magnas celi constellationes omnium sapientum sideralis sciencie conformis sententia, quo ad effectum universalem et particularium via huiusce doctrine investigacionem singulis annis et temporibus preponere suadet, nec id abre quispiam censendum fore existimet. particulares enim influxus tum celibus subsunt unde et frequenter per tales exaugentur, interdum et distrahuntur ac diminuuntur. Ut itaque in preassumpto prognostico certo progrediar tramite, huius mundi universales celorum configuraciones preponere institui. Inprimis itaque premitto orbem magnum qui quartusdecimus nostris cursitat temporibus cui quidem orbi luna cum signali leonis: preficitur domino. planeta aut cui anno currenti speciale accomodatur dominium: est ipsa venus. premitto insuper revolucionem coniunctionis significantis diluvium que ad septimum gradum virginis motu profectionali devenit, deinde premitto revolucionem coniunctionis Saturni et Jovis maxime in principio Arietis facte, cuius profectio anno presenti ad vigesimumquintum gradum Sagittarij incidit, deinceps prepono revolucionem coniunctionis mutate triplicitatis ad aqueam, que nunc ad decimum nonum signi geminorum devenit, deinceps prehabeo coniunctiones Saturni et

Martis in signali cancri factas quarum prime directio in tercium gradum virginis, et alterius omnium trium superiorum per retrogradacionem in vigesimum sextum leonis incidit Insuper et coniunctionem illam non obmittendo que in viginti annis evenire solita est cuius et profectio ad octavum leonis venit. Postremo vero ad huius anni configuraciones descendendo utpote ad coniunctionem Jovis et Martis in signo leonis quinta die Julij, preterea omnes configuraciones inferiorum cum superioribus et superiorum inter se anno presenti evenientes. presuppono tandem configuraciones omnium planetarum tempore ingressus solis in Arietem ac in alia signa cardinalia presenti anno factas cum singulis luminarium coniunctionibus et opposicionibus ac quadraturis evenientibus, ex hijs iuxta Astrologice artis precepta tam generalis quam specialis omnium status iudicandus venit.

Capitulum de anni domino

Et si quamplurimorum in siderali sciencia, gravissime auctoritatis virorum: in anni domino eligendo, varia et ferme contraria reperiatur sententia. quidam enim ex sola introitali configuracione eum elicebant, vel si et ex preventionali figura eum inquirebant: extunc huiusce rei negocium nobis in eorum dictis obtinuerunt, ob quam auctorum varietatem diversi non eundem planetam sepius eiusdem anni dominum eliciunt. Unde et mediam viam prefatorum sapientum amplectens, cuius et sententie precipuus auctor ptholomeus existit: anni dominum ex preventionali et introitali figuris promino, Martem cum aliquali Jovis supportamento. Martem dixerim qui ascendentis et decime in preventionali, tum et ascendentis in introitali figure dominus existit: aspiciturque non modo ab omnibus fere planetis in figu-

rarum vtraqz. ſed quod precipuũ, a domino ſigni in quo rureſitat
ſexagona ſe configuracione: cum eo viciſſim recipit. Juppiter aut
et ſi modici poſſe extiterit: quia tamen vtriuſqz figure aſcendens
tum et ipſum martem ſuis illuſtrat radijs, tum quia in decima
preuencionis principatum ſibi vendicat: vnde et illum aliquale
ſupportamentuz preſtare ipſi Marti, in preſentis anni gubernamen-
to: merito cenſendum eſt. Ex Marte igitur concitamentuz feruen-
tis calidi in rebus cunctis: et in pluriminuz vigebit, quod benigni-
tas Jouis: conabitur miteſcere. non tamen ſuffiriet nec preualebit
illud in toto tollere ac in bonum redigere. **Capituluz**

de anni gnali in q̃litatibꝫ diſpone

Anni generalem deſpoſicionem quo ad qualitates primas: que ſcꝫ
plus earum dominij obtinebit, ex magnis celi configuracionibus
earum reuolucionibus; ſimul et anni dominis, ceteriſqz planetaruz
configuracionibꝫ: quas in preuencionali, ſimul et introitali huius
et aliaz quartaz anni habere dmoſcuntur, vnde et ſi res ipſa
breuibus: vix aut nũqm exprimi valeat, propter variam celi va-
rijs temporibꝫ diſpoſicom, tum et locoz ac prouinciaz variam ſi-
tuacom. qũtuz tamen poſſibile viſum eſt: et modo generali, ſingu-
lis penſitatis ac decenter remiſſis: ex continua illa aere in noſtris
prouincijs varietate ac inconſtancia, annuz preſentem excellen-
cius humiduz: ac aliqualiter calidum comperio. ad hoc enim
plurim conducit ſignale Scorpij: quod in preſentis anni reuo-
lucione horoſcopabat. luna in eo exiſtente cum alijs (ſignanter
grandiũ coniunctionuz) reuolucionibꝫ. quaz nõ exilis pars in hu-
mida loca incidit, locuſqz ferme gradualis ſublimacionis Ve-
neris in ipſa preuencione principatum tenuit. Vnde et com-

mum fere om̃ opinione in ipſis elementis principale dominium
ſibi venus vſurpauit, eamqz anni diſpoſicionem generalem et ſi
modo quodam ad temperamentuz vergentem; ſic tñ vt ſepius in
calido exuperabit ac vincet humidum. quod et creſcenciam com-
petentem plantis preſtabit ac faciet. et hec prefata. ſuperiorum
planetaz in calidis ſignalibus cureſitacio, confirmat. et anni tem-
pora in frigido remittens ad temperamentuz aliquale reducet, val-
deqz eſt conueniens vt cometes hoc anno appareat: futuros
grandes effectus pronuncians. **Cap. de q̃rtaruz**

am̃ diſpoẽ gnali et p̃o vernali

Vernum tempus, et ſi ad naturam calidam: ex ſua naturali
inclinacione condiſponetur: ꝓpter trinuz ſupioz in ſignis calidis diſ-
curſum. humido tñ ſepius ac ſepius permiſcebitur habũdabitqꝫ.
ſignanter penes finem dieꝝ Marcij: ac primam medietatem die-
rum Aprilis. ꝓpter ſtacionem Saturni, vnde et frequentes pluuie
calide tamen: in parte illa anni, vt in plurimum vigebunt:
Eſtas aut plurimũ feruenti eſtu: quaſi vltra ſolitũ abun-
dabit, frequentibuſqz tonitruis, ac grandinis caſu affic̃etur, ſigna-
ter penes medios dies Julij, ex coniunctione Jouis cũ Mercurio
et propter hec, talia multis in locis apparebunt **Autumni**
item diſpoſicio in prima quidem eius medietate: et frequencius
calido et ſicco abundabit. propter Jouis cum Sole coniunctionem
Jn vltima tñ eius medietate: humido modo quodam excellenti et
frigido tempa ſua continuabit. vnde et pluuijs in frigidis par-
tibus ſepius affluet, ꝓpter configuraciones et decurſuz planetaruz
in locis frigidis **Hyemis** aut ꝓprietas et condicio a principio
et ſignanter diebus decembris: excellenti frigido rigeſcet. vnde

et frigora ac casus nivis frequentes, in frigidis partibus admittet
propter Solis cum Saturno coniunctionem: ac ipsius Saturni orienta-
litatem, ad finem aut eius et si nivibus in locis frigidis abunda-
bit, aliqualiter tamen in frigiditate remittetur

Cap. de mesiuz ꝑticulari dispositioe

Coniunctio Januarii Frigida et nivibus abundans, et
in calidis ꝑtibus cum pluviis hyemalibus dies suos continuabit.
Dies Feria quinta die circumcisionis, versus noctem alicubi, et in
crastino turbulentie aeris: ex ventis et nivibus, In calidis autem
locis pluvie nivibus mixte vigebunt, ex decursu lune ad pleiades
Oppo Januarii feria quinta infra octavas epiphaniarum hora
undecima Mto q̄rto de nocte precedenti: paulisper ante auroram
frigida et nivibus abundans. in partibus aut calidis, pluviis nivi-
bus mixtis: dies suos continuabit propter Saturnum orientalem
Dies Sabbato infra octavas Epiphaniarum in frigidis locis casus
nivis et frigus cum venti flatu apparebit, In calidis locis cū plu-
viis hyemalibus ex sole signum mutante **D**ie dominico infra octa-
vas epiphaniarum flatus venti frigidi, alicubi cuz casu nivis. et in
calidioribus locis cuz pluviis hyemalibus. ex apertione porte Martis
supra Venerem **F**eria q̄rta in crastino octave Epiphaniarum et in cra-
stino varia inconstantia aeris ex frigore et ventis. in calidis locis
et cuz pluviis nivibus mixtis ex loco lune humido

Coniunctio februarii feria quinta die Vincencii de nocte
precedenti. hora .11. Mto 32. paulisper ante auroram: frigida et
nivibus abundans. in calidis aut locis, ventis et pluviis hyema-
libus: signanter a principio dies suos continuabit. ex Saturno eius
dispositore. tum ex Marte ad pleiades discurrente **Dies**
Ipso die Vincencii et sequentibus diebus: turbulentie aeris frigide

cum casu nivis. et in calidis locis cuz pluviis nivibus mixtis. ex
apertione porte Martis cuz Venere ac aliis ad id attestacionibus
Die dominico post conversionis pauli. de nocte precedente frigide aeris
turbulentie, et alicubi cuz casu nivis, In calidis aut locis frigidi fla-
tus ventorum et impetuosi vigebunt, ex venere signum mutante **F**eria
quinta et sexta post conversionis pauli in multis locis frigidis, flatus
frigidorum ventorum cuz casu nivis, In calidis aut locis admixtus crescita-
cio imbrium cuz flatu venti ex decursu lune ad pliades

Oppo februarii feria sexta die dorothee. hora p̄ma. Mto
28. noctis sequentis frigida et ventis plurima: signanter frigidis a-
bundabit ꝓpter Mercurium in ea magnū posse obtinentis **Dies**
Sabbato in crastino Dorothee, ante et post: hiis diebus frigidi flatus
ventorum frequentius septentrionalium, in frigidis ꝑtibus cū casu nivis.
in calidis aut climatibus cuz pluviis nivibus mixtis flatus ventorum
apparebunt. ex dyametrali configuracione Mercurii cuz Jove. **D**ie do-
minico in crastino valentini an̄ et post, hiis diebus turbulentie
aeris frigide ex ventis et casu nivis. In calidioribus aut ꝑtibus
flatus frigidorum ventorum cum pluviis hyemalibus. ex Marte signum
in puncto immutante **D**ie dominico in crastino valentini in multis
locis frigidis, casus nivis cuz ventis. In calidioribus aut locis cum
pluviis hyemalibus impetuosi flatus ventorum sencientur, et hoc idē
in crastino in multis ꝑtibus ita frigidis sicut et calidis vigebit ex
Mercurio signum immutante. **Coniunctio Marcii**
Feria sexta ante cathedram petri, hora p̄ma noctis sequentis
ventis quidem abundabit: ex Mercurio dn̄o ascendentis. in frigidi-
tate tn̄ incipiet remitti, iam tn̄ finis fiet effectus eclipsis lune
in principio dierum Marcii, que fuit precedenti anno tredecima Julii
in qua Saturnus magnum posse habebat. **Dies** feria sexta et
Sabbato in profesto cathedre petri: turbulentie aeris ex ventis alicubi

et cum pluvijs frigidis, ex venere signum inmutante **Feria quinta**
post Mathie flatus ventorum impetuosi in certis locis et cum pluvijs
hyemalibus apparebunt, et hoc idem in certis locis et die precedenti
anticipabit, ex decursu lune ad pliades **Sabbato** post Mathie apostoli
in aliquibus locis frigidis pluvie cum ventis impetuosis sencientur
Feria quinta in crastino Adriani in aliquibus locis pluvie frigide
cum ventis experientur

Oppositio Martii

Die dominico in crastino perpetue et felicitatis, hora duodecima minuto 38
paulisper post ortum solis ad temperanciam quidem aeris inclinabitur
et si sepius intercipietur ventis eius temperies et a principio frigi-
ditates admittet.

Dies feria secunda ante Gregorij ante et post
hijs diebus frigiditates aeris cum ventis in multis locis et cum plu-
vijs hyemalibus ex quadratura solis ad Saturnum. **Feria** quarta
in profesto Gregorij turbulencie aeris in certis locis et cum humiditate
Sabbato post Gregorij in aliquibus locis frigidis humiditas frigida
aeris apparebit, et in certis locis die precedenti anticipabit **Feria** tercia
die Gertrudis venus mutans signum in aliquibus locis humiditates ae-
ris concitabit

Coniunctio Aprilis

die dominico
in crastino benedicti, hora 15 fere duabus horis ante meridiem
frigida et humida ex statione Saturni erit

Dies Die dominico
in crastino Benedicti flatus ventorum in locis frigidis, et cum humiditate
sencientur ex Mercurio signum mutante **Feria** quinta ipso die annun-
ciacionis, frigidi flatus ventorum cum pluvijs, signanter in partibus frigi-
dis vigebunt. **Item** a die annunciacionis usque fere ad oppositionem frigidita-
tes cum varia aeris inconstancia continuabit, ex Saturno stacionario
Feria quinta ante Ambrosij ante et post hijs diebus flatus impetuosi
frigidorum ventorum septemtrionalium ex Jove et mercurio configuratis

Oppositio Aprilis

Feria secunda post Ambrosij hora 21
minuto 21 ad temperanciam aeris declinabit, ex Marte eius dispositore

Dies feria secunda post Ambrosij precedentibus et sequentibus diebus
varie turbulencie aeris cum pluvijs, ventis, et alijs incommoditatibus ex Mer-
curio stacionario vigebunt **Feria** quinta et sexta post Ambrosij, in mul-
tis locis sencientur turbulencie aeris ex ventis et pluvijs **Die** dominico
ante Tiburcij, ante et post hijs diebus varia aeris distemperies, ex plu-
vijs et ventis frigidis impetuosis: domus et arbores in certis locis evertentur
tibus. ex Jove Mercurio ac Marte configuratis **Sabbato** ipso die Valeri-
ani ante et post hijs temporibus flatus ventorum cum pluvijs in multis lo-
cis sencietur

Coniunctio Maij

Feria tercia ante Georgij
hora 5 minuto 29 in medio fere noctis precedentis, ad temperanciam aeris
declinabit ex venere eius gubernatore

Dies feria tercia ante Ge-
orgij versus noctem sequentem flatus ventorum in frigidis locis et cum
pluvijs apparebunt ex lune decursu ad pleiades **Die** dominico in crastino
Marci. feria secunda et tercia ipso die vitalis, et sequentibus temporibus incon-
stancia aeris ex ventis et pluvijs vigebit, ex loco Mercurij stationa-
rij **Sabbato** et die dominico invencionis S. crucis ante et post hijs diebus
in multis partibus frigidis: flatus ventorum frigidi cum pluvijs continuabunt
ex Mercurio signum inmutante

Oppositio Maij

Feria quarta
ipso die Joannis ante portam latinam hora 8 minuto 23 in medio no-
ctis precedentis ad temperanciam aeris verget ex Marte eius predomi-
natore

Dies Sabbato et die dominico epimachi et in crastino in
aliquibus locis frigidis humiditas aliqualis cum ventis apparebit, que
tamen in calidis locis tranquillitate transibunt. **Die** dominico post Zophie
ac feria 2 et 3 sequenti flatus ventorum septemtrionalium in partibus
frigidis cum pluvijs apparebunt, in calidis cum tonitruis et grandinis
casu ex tetragono Jovis et Mercurij configuracione . .

Coniunctio Junij

Feria quinta ante urbani hora 20 minuto 21
quasi hora orationis vesperorum inconstans et varia erit ventis tamen
precipue abundabit ex Mercurio eius directore tonitruis tamen
et frequenti grandinis casu in partibus calidis miscebitur . . .

Dies. feria quinta et sexta ac sabbato ante Urbani flatus ven-
torum in aliquibus locis et cum pluuijs ex locis Mercurij et Veneris ad
pleiades Die dominico in profesto Urbani ac feria secunda sequenti flatus
ventorum in locis frigidis et cum humectationibus et pluuijs ex venere
in puteo Feria tercia post Urbani flatus ventorum alicubi et cum
pluuijs apparebit ex Mercurio signum mutante Sabbato post Urbani dis-
turbium ex pluuijs et ventis in multis locis frigidis sencientur in cali-
dis tamen insensibiliter hec transibunt Feria tercia et quarta die Marcellini
admodum flatus ventorum vigebunt. Oppositio Junij
feria quinta in profesto Bonifacij hora decima minuto 41 quasi dua-
bus horis post solis ortum ad caliditatem declinabit ex Marte in eius
ascendente collocato Dies feria quinta ipso die Bonifacij flatus fri-
gidorum ventorum admodum apparebit Die dominico post Bonifacij aliqualis
frigida nubilositas aeris et in crastino cum impetuosis ventis alicubi
et cum humiditate apparebit Feria sexta et sabbato ante Viti in aliquibus
locis flatus ventorum in certis locis frigidis et cum humiditate vigebit
Feria secunda Viti conciliatio nubium cum venti flatu in locis frigidis.
Coniunctio Julij feria sexta post Viti hora 10 minuto 31
post solis ortum quasi in duabus horis cum media ad temperanciam
et ad caliditatem cum serenitate aeris declinabit ex Joue et Marte
eius directoribus Dies Die dominico post Viti in aliquibus locis et
partibus frigidis humiditas aeris sencietur quod tamen accidens in calidis
partibus serenitate transibit Feria quarta die Joannis in aliquibus
locis frigidis humiditas aeris cum tonitruis apparebit, in calidis autem
locis serenitate existente Die dominico post Joannis in certis locis frigidis
ex serenitate tonitrua sencientur que alibi non percipientur
Oppositio Julij feria sexta in crastino visitacionis hora 19 minuto 28
post meridiem propter duabus horis calida et feruenti estu dies suos con-
tinuabit unde tonitrua et grandinis casus segetes quassans in ea
frequencius apparebunt propter Jouis cum Mercurio coniunctionem.

Dies Die dominico post visitacionis versus nocte sequentem, alicubi us-
que in crastino in aliquibus locis calidis tonitrua cum coruscationibus et
alicubi cum grandinis casu vigebunt que alibi feruenti estu transibunt
ex coniunctione Martis cum Joue. Feria tercia post visitacionis in multis
locis sencientur tonitrua cum grandinis casu alibi serenitate existente
Die dominico et feria secunda ipso die Margarethe et tercia feria seque-
nti hijs tribus diebus ex feruenti estu et caliditate, multa loca toni-
trua, coruscationes, et grandinis casum sencient segetes quassantem. feli-
citerque illa prouincia que grandinis periculum hoc tempore euadet propter
Jouis cum Mercurio congressum Feria quarta ipso die diuisionis apostolorum
versus noctem sequentem multa loca, tonitrua coruscationes cum grandinis
casu percipient alibi feruida serenitate existente, Feria sexta ipso die
Alexij alicubi usque in crastino multa loca tonitrua cum coruscationibus
et grandinis casum percipient alibi serenitate feruenti existente et venere
et Mercurio signa permutantibus Coniunctio Augusti
Sabbato in crastino Alexij hora prima noctis sequentis ad temperanciam
et serenitatem declinabit ex Joue et Marte eius dispositoribus Dies
feria secunda ante Magdalene versus noctem sequente, tonitrua in mul-
tis partibus sencientur alibi sola serenitas continuabit Die sabbato Jaco-
bi ad noctem sequentem alicubi tonitrua cum pluuijs experientur ex
apercione porte Martis supra venerem Feria secunda in crastino Anne
ante et post in aliquibus locis impetuosi venti alicubi cum tonitruis
vigebunt alibi sola serenitas ex Mercurio Stacionario
Oppositio Augusti Sabbato die petri ad vincula, hora secunda
minuto 41 ad noctem sequentem calida et temperata erit ex Joue cum
Sole concitante Dies feria secunda post petri ad vincula de no-
cte precedente in multis locis impetuosi flatus ventorum in aliquibus
partibus cum humiditate apparebunt Die dominico in profesto Laurencij
alicubi usque in crastino flatus impetuosi ventorum in nonnullis locis

cum humiditate vigebit ex decursu lune ad pleiades Feria qrta quinta
et sexta ante assumpcionis in aliquibus locis tonitrua flatus impetuosorum
ventorum in certis locis cum pluviis. alibi aut serenitate existente. ex
coniunctione Mercurij cum Jove, cum Saturno stacionario
Coniunctio Septembris Feria scda post assumpcionis ho-
ra 18 m 53 ante meridiem ad tpaniam aeris declinabit et si fla-
tus ventorum interdum admittet ex Mercurio eius directore **Dies**
Feria scda post assumpcionem et sequentibus diebus impetuosi flatus ventorum
alicubi et cum humiditate et tonitruis apparebit ex Mercurio staciona-
rio Feria sexta in crastino Bernardi ante et post hijs diebus flatus
ventorum alicubi et cum humiditatibus vigebit Die dominico in profesto
Bartholomei et sequenti die in multis locis impetuosi flatus ventorum
cum pluviis hijs tribus sencientur ex Jovis cum Mercurio porte apercione
Die dominico post Augustini flatus impetuosi ventorum cum pluviis de no-
cte precedenti sencientur in multis locis et in crastino hoc idem vigebit
Oppositio Septembris Feria scda in profesto Egidij hora 18 minuto
18 ventis et humiditatibus abundabit **Dies** feria tercia de nocte pre-
cedente humiditates cum ventis apparebunt ex veneris et Martis apercione
porte Sabbato et die dominico ac feria scda. et tercia ipso die nativita-
tis imo et qrta aer infrigidabitur cum pluviis et ventis. interdum solis
flatus ventorum ac alia varia aeris inconstancia sub hoc tempore vigebit
ex tetragona solis et saturni configuracione et apercionibus portarum
Coniunctio Octobris Feria qrta post exaltacionis Sancte Crucis
hora qrta minuto 16 noctis precedentis ad humiditatem declinabit ex
venere et Saturno eius directoribus **Dies** Feria qrta post exal-
tacionis Crucis pluvie cum ventis in multis locis frigidis sencientur ex
porte apercione Feria scda ipso die Mathei in aliquibus locis frigidis
sencientur humiditates cum ventis Feria qrta post Mauricij in multis
locis pluvie cum ventis sencientur ex loco Mercurij Feria tercia

ipso die Michaelis pluvie cum ventis in multis locis apparebunt ex loco
Oppositio Octobris veneris
Feria qrta ipso die Hieronimi hora 2 m 25 nocte precedenti ad
tpaniam et caliditatem aeris declinabit ex Marte eius directore **Dies**
Feria sexta ante Francisci locus lune in aliquibus frigidis locis humidi-
tatem aeris cum ventis movebit Die dominico Francisci ad noctem in cer-
tis frigidis locis concitacio nubium cum aliquali venti flatu Feria
qrta et quinta post Francisci in multis locis calidis impetuosi flatus
ventorum cum exalacionibus calidis, alicubi et cum humiditate. que alibi
non percipientur ex planetarum varia configuracione Die dominico
ante Calixti alicubi et precedenti die flatus ventorum in certis locis et
cum humiditate ex loco Mercurij **Coniunctio Novembris**
Feria quinta in crastino Calixti hora 16 m 25 fere duabus horis post
solis ortum ad caliditatem et tpaniam condisponetur ex Marte eius
directore **Dies** Feria quinta in crastino Calixti precedenti et se-
quenti die flatus impetuosi ventorum, alicubi cum nubium concursione, et
alibi cum humiditate que tamen in certis locis insensibiliter transibunt
Feria scda in crastino Luce et feria tercia in multis locis flatus ventorum
alicubi et cum humiditate aliquali percipientur. ex Mercurij cum Jove confi-
guracione Feria sexta die Severini flatus ventorum cum humiditate in ali-
quibus locis vigebunt et in certis pluribus usque in diem sequentem dura-
bit ex loco veneris **Oppositio Novembris**
Feria quinta in crastino Simonis hora 22 m 18 post meridiem ad
tpaniam declinabit ex Marte eius gubernatore, in ultima tamen quadra
frigidos flatus ventorum admittet **Dies** Feria quinta in crastino Si-
monis ante et post hijs diebus, frigidi flatus ventorum in nonnullis
frigidis locis: et cum pluviis. ex locis lune et Mercurij Feria sexta
die Leonardi de nocte precedenti flatus ventorum cum humiditatibus in
aliquibus locis sencientur. et circa hijs diebus incipiet infrigidari ex
Saturno in puteo Die dominico post Leonardi usque ad coniunctionem

frigidi flatus ventorum in partibus frigidis cum pluviis hyemalibus fri-
gidis. interdum sola nubium concitatio cum ventis frigidis sentietur ex Mer-
curio Jovi configurato

Coniunctio Decembris

Sabbato in crastino Bricii hora 8 minuto 11 noctis precedentis in partibus
frigidis humiditates hyemales admittet. in calidis autem ad temperamentum decli-
nabit. ex Jove eius domino **Dies** Sabbato in crastino Bricii et die do-
minico sequenti, ac feria secunda, frigidi flatus ventorum cum pluviis hyema-
libus in multis locis sentientur. ex apertione porte et ex loco veneris
Feria quinta die Elizabeth ad noctem sequentem in multis locis parcium
frigidarum humiditates hyemales sentientur Feria tercia et quarta ipso die
Catharine ante et post hiis diebus: flatus impetuosi frigidorum ventorum
interdum cum pluviis hyemalibus: interdum sola nubilositate cum ventis
frigidis continuate. secundum exigentiam locorum ex Mercurio stacionario:

Oppositio Decembris

Sabbato ante Andree hora 11 minuto 29
ante meridiem. ventis frigidis interdum et humidis: tempora sua continuabit
ex Jove eius directore **Dies** Sabbato ante Andree ad noctem seque-
tem frigidi flatus ventorum in locis frigidarum parcium et cum humiditate
ex apercione porte Die dominico Nicolai precedentibus et sequentibus
diebus frigidi et impetuosi flatus ventorum septentrionalium in locis
frigidarum parcium et cum pluviis hyemalibus ex Mercurio Jovi confi-
gurato Feria quinta et sexta ante Lucie flatus ventorum in nonnullis
locis et cum pluviis hyemalibus frigidis percipientur ex loco Veneris

Coniunctio Januarii

Die dominico Lucie hora 18 minuto 26
in aurora de nocte precedente frigida et humida ex Saturno **Dies**
Die dominico Lucie precedenti et sequenti hiis temporibus generaliter frigidi
flatus ventorum in aliquibus locis cum casu nivis. hoc tempore frigora
passim intendentur ex Solis cum Saturno coniunctione Feria quarta
post Lucie pluvie hyemales in multis locis sentientur nocte precedenti
Sabbato et die dominico ante Thome pluvie hyemales frigide cum
flatu venti in multis locis sentientur Feria tercia ante nativitatem

domini frigidi flatus ventorum in aliquibus locis cum casu nivis. in calidis
autem partibus cum pluviis nivibus mixtis Sabbato ipso die Stephani et do-
minico die Joannis, ac feria secunda increscent flatus frigidorum ventorum in fri-
gidis locis cum casu nivis. in calidis autem locis pluvie nivibus mixte ac
alia varia aeris inconstantia hoc tempore apparebit secundum exigentiam locorum

Oppositio Januarii

feria tercia ipso die Thome hora 12 minuto 55
ante auroram noctis precedentis ad frigiditatem et humiditatem inclina-
bitur ex Saturno et Marte orientali eius directoribus in calidis autem
partibus ad aliqualem temperamentum verget.

Capitulum de Bello et pace

Et quia res ipsa tam ardua tamque insignis extat, eadem magna
et perarduam deliberatione indiget. non enim in ea presentis anni confi-
gurationes dumtaxat sufficiunt: verum et longe precedentium magnarum
coniunctionum ac aliarum universalium celestium revolutionum et signa-
ter illarum Saturni et Martis immo et Jovis in signali cancri coniun-
ctionum Cristi anno 1503 evenientium, que tunc mala nostra sub-
secuta sunt secula, quantaque diversitas et mutacio rerum non modo
partibus Italie verum longe et in aliis evenit neminem credo latere
quid quod futura tempora ex prefatis portendant coniunctionibus quoniam
triginta annis illarum omnium sideralis scientie concordi sententia effectus
duraturus est Et hiisce temporibus nisi deus gloriosus sua ineffabili boni-
tate optimo principi sacratissimo nostro decimo Leoni divinitus ani-
mos regum et principum compescendos inspirasset, quis nam est qui in
dubio rem volueret quod usque in presentem tempora fomes alti repositi
in furenti principum animo perstreperet. Anni autem ad presentis
configurationis descendendo: cum in eo magnarum coniunctionum revo-
lutiones in signale Leonis plures inciderint: quod et in sublimatore
nostri sacratissimi religionis Cristiane principis Leonis decimi,
magna pro parte horoscopum possidebat. Dominator orbis magni

ad am̄ pn̄tis ascendens in Martis dignitatem applicuit: luna ibidem
existente Marsq̄ʒ et Saturnus ibant ad mutua de signalibus humanis
opposicionem. et dictuʒ erat Martem in gubernando am̄i principatum
possidere. hec et varia alia presentem am̄uʒ et in cristiana religione
et eius occasione fore in multiplici strepitu armoꝝ positum. signat
enim concitamentū ōtutis irascibilis humane et si passim in omnibus
hominibus signanter tn̄ in principibus et qui primores in rep. existūt
unde et si benignitas Jouis sexagona Martis ex nona irradiacione
et trini radij veneris ꝯpromittit̄ seuiciam Martis lenire. quia tn̄
Juppiter retrogradacione vexatur Venus aut̄ a trino non parum se-
mota radio existit. hec attestantur q̄ᵖ multi primores signanter ecle-
siastice condicionis viri: conabunt̄ dicta belloꝝ mala mitigare ac
modo quodam in unionem charitatiuā redigere. quia tn̄ hec plus
apparenter et fere simulate facturi sūt. nihil proficient. Erit igit̄
annus presens vt implicitum belloꝝ, et varie mutue cristiane oppres
siones. interdum et ab exteris cultui cristi inimicis. multiplicis inua
sionis et angustiacionis. quibus malis noster sacratissimus pontifex
Leo decimus sepius et sepius contendet obuiare propter Jouem in pre-
fato retrogradacionis et none domus statu: Martem benigne aspicientē
hec tamen signant eius sacratissime maiestatis in talibus variá
impedimenta, iam a suis consilia variá prestantibus, iam a forensi-
bus et exteris quorū importunia quadam vexatus nec deliberata
ad intentum nec incepta ad effectum deducet ~

Capituluʒ de annone penuria vel abundantia et generalʒ de rebus victui humano inseruientibus

Pensitatis singulis dictis et in tali sapientum, anno presen-

mediocrem in virtualiuʒ disposicione comperio et plus vtiqʒ fer-
tilem et in talibus abundantem q̄ʒ grauem et defectuosum. Et si
em̄ Saturnus tetragona configuracione locum preuencionis premat
quia tn̄ magnaꝝ ꝯiunctionū reuolucioēs pro eaꝝ maiori parte
in fortunata loca inciderant, tum quia planete infortunati in orbis
fere quartaꝝ am̄i figuris extant ab angulis remoti. verum tn̄ et sin-
gulare timendum est ne febriet ex quadam hyemalis temporis ulti-
mati inconstancia (frequēti em̄ excellenti frigido ex temporibꝫ no-
cturnis permiscebitur) multorum frugū hyemaliū accideret corru-
ptio, signanter in ꝑtibus frigidis et locis declinibus. in calidis aut
prouincijs tempore estatis signanter in locis arenosis ex vehementi
estu fiet taliuʒ fere annihilacio. ad hec em̄ Mars dominus anni
et demersus superioꝝ planetarū in signis calidis plurimū cooperabitur
Insuper hic annus erit plurimū grandinibus abundans et precipue
in diebus mensis Julij. vnde nemini in dubio res extat q̄ᵖ in plu-
ribus locis fiet frugū postq̄m creuerint a grandine quassacio et
confractio Specialius autem ad hec ipsa descendendo. hoc anno

Triticum mediocrem quidem recensuram habebit et plus
malam q̄m bonam propter Saturnū eius partem opposito radio
in preuencionali figura inferentem, preciuʒ tn̄ eius et valor
non ascendet vno mediocre fere toto anno stabit propter eius
significatores neutraliter dispositos

Siligo eundem fere statum sicut et triticuʒ habebit nisi q̄ᵖ
ex feritate Martis plura incomoda habebit q̄m triticum

Ordeum bonam recensuram habebit anno presenti. atta-
men preciuʒ eius mediocre ferme toto anno erit

Milij et pise minus bona recensura hoc am̄o promittitur
ꝑpter partem eoꝝ in mala loca et infortunatos aspectus incidentē

Unde et precium eorum aliqualiter ascendet
Vini mediocris recrescentia hoc anno pollicetur propter Satur-
nus eius partem inficientem. precium tamen eius hoc anno non ascendet
Mellis bona recrescentia promittitur, precium tamen eius hoc anno
~~valor~~ ascendet propter Venerem dominam eiusdem orientalem

Cap. de egritudibus et mortalibus hom[inum]

Summa cum diligentia revisis ac debite examinatis dictis sapi-
entum qui nobis huiusce rei scientiam tradiderunt, annum presentem
gravem profecto et variis egritudinibus infectum comperio, primum
ex eo quoniam Saturnus tetragona configuracione in preventionali
et fere in interceptali figure utrumque luminare inficit Luna in pre-
ventionali in domo sexta et signo humano demorante. Insuper Mars
utriusque ascendentis et anni dominus signum humanum et domicilium
ortane occupabat. aliis causis brevitati favendo in medium non
adductis et hec sunt que attestantur racionem et vere in egritudinibus
anno currenti. vigebunt enim in hominibus varie egritudines cronice
et longo tempore durantes racione Saturni ut febres quartane, ptisis, pa-
ralises, ethice, podagre, soluciones varie ventris, splenetice passiones
et alie egritudines varie longo tempore durantes. Ex Marte autem
varie et multe corporis indisposiciones apparebunt calide et colerice
acute et que prompte ac subito homines suffocare solite sunt; present-
ti anno vigebunt quas utique explicare res est fere innumera ac diffi-
cilis dictu. serpentque passim prefate egritudines ita quod aliquibus in
locis modo quodam in generalem pestem erumpent. eritque hic annus
ex sui generali disposicione hominibus difficilis tum racione egritudinum
tum racione bellorum. Unde et merito altipotens deus gloriosus pul-
sandus ac deprecandus humanis precibus venit: ut quod id genus ma-
li quod nostris exigentibus delictis ab eterno nobis venturum ordi-
navit precibus mitigatus temporaliter immittet :—

Capitulum de statu regum principum et omnium qui primores in rep. existunt.

Regum et aliorum principum fortuna et condicio mediocris anno
presenti erit. propter Solem eorum significatorem variis impedimentis
in anni inicio vexatum, et si enim voluptatibus et quibusdam leticiis
occasione prolis conquirende plurimum vacabunt, in his tamen varia im-
pedimenta signanter inimiciciarum ac odiorum occultorum experientur. hec
enim Solis in quinto domicilio impedimentum pollicetur. erat enim in pre-
vencione in duodecima quartis Saturni oppressus radiis. attamen in e-
state et autumno modo quodam illorum condicio competencior erit. Un-
de et eo tempore conabuntur amicicias mutuas conservare, tractatusque fient
de treugis et confederacionibus cum eorum inimicis faciendis. Martis tamen
sevicia (qui hoc anno magnum posse obtinuit) fiet illis impedimento un-
de ut plurimum concordias initas vel simulate tenebunt vel disrumpent
contractus. confirmat exemplum signale Scorpionis quod in anni exordio
ascendebat. ab omnibus quod sideralis scientie peritis signum hoc falsitatis et decepci-
onis compertum est. Insuper Venus que ferebat opposito gradum decime
promittit multam negligenciam eorum in negociis reip. occasione quarundam
rerum voluptatem leticiam ac ludos concernencium.

Cap. de apostolice sedis statu et omnium cardinalium patriarcharum archiepiscoporum episcoporum ceterorumque prelatorum ecclesiastice condicionis

Sanctissimus noster dominus papa Leo decimus cum suo venerabili cetu
supremorum prelatorum sacratissimam religionem christianam tuentium et
dirigentium annum presentem profecto gravem quodammodo et variis nego-
ciis arduis implicatum senciet. Etsi enim Juppiter in nona domo (que est
religionis) fuerit in anni exordio constitutus: Mercurio ac Soli in Marte

existens benigne configuratus. hec quidem primo intuitu videntur esse
bone configurationes: attestantes, quod sua sanctissima maiestas debet fieri fre-
quentes consultaciones de statu ac decenti ordine ecclesie, et eius defensa-
Et quia Jupiter aspicit ascendens et dominum eius fiet totius ferme cri-
stianitatis in talibus respectus ac consensus cum quodam refugio, et signa-
ter occasione defensionis ab inimicis ecclesie: propter Martem talia promi-
tentur. in his tamen et ferme omnibus ecclesie negociis propter Jovem retrogra-
dantem impeditum: sua sanctissima maiestas una cum suis supremis ecclesie
administratoribus varia gravamina et impedimenta tum ex parte regum
tum ex parte aliorum principum experietur, ita quod S. sue consilia et deli-
berationes ad finem deliberatum minime perducere poterit. Insuper Jupiter
in prefato statu eius retrogradationis in revolucione anni coronacionis eius
S. maiestatis in signo ascendente fuit constitutus, quapropter addit super
varia gravamina a communi vulgo et quibusdam subditis et pollicetur
quandam animi perplexitatem et ab inceptis ac deliberatis decisionem
Anno igitur presenti condicio et status spiritualium fiet plurimum deiectus
propter quandam rebellionem et controversiam principum et primorum in
rep. qui talia gravamina conabuntur eis inferre propter Jovem retro-
gradus, attamen ipsi talium quodammodo occasio et origo fient

Cap. de statu communis populi ac vulgi

Populus communis et homines vagi ac ceteri in famulatu positi hii
profecto hunc annum plurimum gravem experientur. propter enim eorum
significatores variis impedimentis vexatos et ipsi variis calamitatibus ex
eis afficientur. servitute enim expressiva et incarceracionibus ac variis pas-
sionibus frequentissime hoc anno opprimentur. multique ex eis variis
angustiis suorum principum afflicti extremum claudent diem. Insuper Mars
dominus presentis anni in octava constitutus pollicetur eis varia ma-
la occasione mortis et ipsas mortalitates pestiferas. multique ex eis pre-
fata mala sua astucia rusticana ex sola simplicitate bovina conabuntur

evadere ac quodammodo suis superioribus simulate rebellare propter
lunam in signo Scorpionis situatam quod etiam in presentis anni exordio
ascendebat. in hiis tamen omnibus succumbent et occasionem quandam sue
calamitatis (tali eorum in superiores suos machinacione) frequencius procu-
rabunt. eritque anno presenti status eorum plurimum deiectus ac infortunatus:

Cap. de cristianorum generali statu.

Cristianorum status presenti anno mediocris erit, et si enim frequen-
cius de rebus magnis et quodammodo arduis soliciti erunt. precipue occa-
sione defensionis religionis eorum: in hiis tamen omnibus voluptatibus et
rebus delicatis impedientur, quoniam talibus ultra solitum indulgent
tum et privata negocia in accumulacione diviciarum ardencius et dili-
gencius ut implurimum amplectentur. que autem spectant ad remp. d-
la ut consueverunt posthabebunt. Insuper ecclesie negocia simulate et
negligenter frequenciusque tractabunt in omnibusque factis rem communitatis
spectantibus negligentes erunt. et si sepius consilia de rebus belli tra-
ctaturi sunt propter Martem eorum significatori configuratum. sed pri-
vatis commodis et rebus voluptuosis abducti talia ad effectum non deducent.

Capitulum de Judeorum statu

Judeorum condicio anno currenti erit mediocris et si enim propter eorum
significatorem in sexta domo collocatum: accumulacioni diviciarum
et congregacioni thesaurorum operam ultra solitum dabunt: et plurimum
talibus insistent. odiis tamen principum plurimum gravabuntur et ex-
actionibus frequencius ab eisdem opprimentur. eritque condicio ac
status eorum plus deiectus quam fortunatus

Cap. de Turcarum et Tartarorum statu.

Turcarum ac Tartarorum gens perfida presentem annum medi-
ocrem in fortunio habebunt et si enim deliberabunt magna et ar-
dua facta perficere, signanter bellorum: eruntque in eorum negociis

aliquantulu potentes, ut impliteium tn finem per eos intentu et deli-
beratu ad effectuz minime deducent. Unde ex eoz significatore in octaua
domo constituto clades et cedes in bellis frequenius experientur

De mulierū et puellaȝ condicione

Mulierū ac puellaȝ status presenti anno quodammodo fortunatus
erit, signatur enim eis multa amicicia occasione nupciarum, cele-
brabuntqȝ sepius anno pnti felicia connubia ex quibus lucra et posse-
siones rerū mobilium sepissime consequentur propter veneris earu
significatricem, dominam septime: fere in cuspide quarte domus fe-
tuatam, multe tamen earum fortuna abutentur, suis maritis
superbientes qua de re aliquantisper suaȝ gdicom aliqs eaȝ infinet

De mercurialium condicione

Optimarum artium studiosi, Astronomi, Oratores, poete, Can-
cellarij, notarij, mercatores, monetarij, ingeniosi artifices varia
inconstanter exercentes, et generaliter qui in artibus enumeratis
solercia ac industria ceteros precellunt. hij enim sunt quos ut in-
plurimum exilis fortuna comcomitatur et qui sepius ac sepius vari-
is casibus acti vitam quasi omni admiracione finiunt, nec mirum
quoniam et ipse eorum significator Mercurius quē poete mercurium
deorū finxerunt quam frequentissime ultra omnia ceteros planetas impe-
dimenta varia ferre solitus est, tum retrocessionis, tum combustionis
alijs pretermissis, et ipsa impedimenta in suis significatis et effectibus
horū inferiorum solitus est ostendere. Unde et annum presentem
prefati, de eius dominio, varijs impedimentis sencient implicatum
egritudinibusqȝ propter eoz significatorem in signo sexto collocatum
plurimum grauabuntur, legaciones preterea et longas itineracōes
interdū et parnas exercentes principū et in mundo primorum
simulata amicicia sepius afficientur, multiqȝ eorum varijs

officijs oppressi in talibus succumbent, non pauci denique hoc anno
extremum claudent diem Mercatores aut propter Martem in domi-
cilio Mercurij constitutū et domo octaua quam frequentissime spolia a
latronibus experientur cum multoz interdū interfectione ipsiqȝ latroci-
nia et rapinas exercentes qui hoc anno plurimū multiplicabuntur
furcas decollacōnes ac alia supplicij genera pacientur, non reddentur
qȝ in eorū malicia fortunati propter Martem in octa domo gstitutuȝ

Capit. de statu quorumdam regnorum

Et primo regni polonie, iamqȝ hoc ipm regnum varijs casibus plu-
ries actum necdum tn a ferocitate Turcaȝ ac rabie Tartarorum et
Moscorum aliorū denique gentiliū et scismaticorū liberū existit, nec
mirū quoniam cum in partibus orientis et septentrionis poloni sint
omnium cristifidelium extremi omnium perfidorum nequicias suis humeris
deferunt amore cristi nominis allecti, ceteraqȝ ipsa proueniunt ex significato-
ribus regni quos planetas appellant, qui secundum qp fuerint fortes vel
debiles in regni alicuius exordio, tam longo tempore id imperium vel
regnū solitum est durare, cumqȝ vis taliū significatorū deficere
ac debilitari incipiat et regnū tale varijs casibus inciat pericli-
tari, tunc fit mutacio frequens principum in tali regno, tunc omnia
longo tempore durancia incipiunt finem variū assumere, tunc mutacio in
moribus et habitu vulgi ac alia ferme innumera oriri incipiunt et
antiqua pereunt, fitqȝ res ea cursu lentissimo ita qp iudiciū huma-
num sua prolixitate eludit, quam rem quociens primores Romani
imperij solerte aduertissent, nouū modū tale regnū vel imperium
dirigendi ac ab hoste tutandi inuenire conabant ut cū noua de-
certos noui et significatores ex ipso initio orirentur qui rem felicio-
ribus fatis ducerent, et tunc non genere sed fortitudine et audacia preditos
in belli negocijs preferendos ducebant. ex his liquet qp alicuius imperij

Romani a tpe quo Romulus usque ad ultimum regem fuit significa-
tor, et alius cum res Romana consulibus et senatoribus acta est, ali-
usque cum tribunis militum ac longe alii tunc significatores aderant cum
Cesar Pompeio pulso ut princeps sedit, sic et absque omni dubio alius
tunc urbis Romane significator esse cepit cum tpe Constantini imperi-
um occidentale una cum temporali ptate in spiritualis ius et dominium
summis pontificibus cessit, sed de his hactenus, ad polonos regredior

Maior polonia non pro uoto annum presentem senciet quoniam
sepius infestabitur intestinis et domesticis iniuriis, eritque frequencius
vulgus et mediocris condicionis populus discors ac contrarius illis qui
reip. presunt Insuper religionis negocia cum quodam odio et rancor-
e sepius tractabunt, ad hec enim attestantur sextili radii Jouis retrogradi
ex domicilio nono, cum et Lune opposi. ac Veneris sexti ad eorum
signale Illi autem qui minoris Polonie resident et si deliberabunt
magna et ardua facta in rep. exercere, eritque in ea re a principio
firmiter persisten. ut aliqua noua pro re comitatis tutanda admo-
uent non tamen cepta ut inchoarint varijs distracti deducent ad effectum
Ceterum ex Venere eorum signum sextili illustrante, leticie operam nauabunt
nupcias cum pompis et magnificencijs celebran. eruntque de talibus plu-
rimum soliciti In his tamen et ceteris eorum negocijs egritudinibus et morta-
litate cum et varia seruitute opprimentur et grauabuntur propter
signum eorum in sextam domum collapsum

Capitulum de regni vngarie statu

Famatissimum regnum vngarie annum presentem plurimum gra-
uem et angustijs plenum habebunt, grauabuntur enim in ceteris
ciuibus sui regni cum peste modoquodam generali et varijs egritudi-
nibus, tum incursionibus inimicorum, tum bellis intestinis et inimicis
eorum mutuis que inter eos passim vigebunt, ad hec attestatur Mars
eorum signum ex octaue domicilio opposito feriens radio, Jouem autem

retrocedentem sexagono illustrabat radio Insuper propter Jouem in signo
Leonis et domo nona impeditum, spirituales eorum odio et inimiciciis
frequencius afficientur a secularibus. eritque ecclesiasticus status eorum pluri-
mum deiectus, preterea quia signum eorum in domum secundam in exordio an-
ni collapsum est diuicias et thesauros accumulare multi eorum summa cum
diligencia curabunt. propter tamen Jouem dominum talis signi vexatum, et op-
positos Martis in tali signo radios, distractionem et prenominata impedi-
menta tam egritudinum quam discordiarum et bellorum in suis factis senciunt:

De regni Bohemie condicione.

Potens regnum Bohemie currenti anno mediocrem statum habiturum est.
eorum aliqui signanter qui heretico errore implicati sunt et qui non
modo totam Cristianitatem sed tot et tantos doctores orthodoxe fidei
oberrare senciunt, solamque veritatem in eorum exilibus ac distractis
ingeniolis repositam dicunt, ij profecto ex Joue in eorum signo et do-
mo nona retrogrado magnam facilitatem et opportunitatem varios
errores commenciendi et inueniendi hoc anno habebunt eruntque
se voluentes et implicantes ex una decepcione in aliam. fientque
instabiles plurimum in suis adinuencionibus erroneis Et propter Mar-
tem et Mercurium Joui attestantem plurimum fient propensi et para-
ti ut talia apparenti garrulacione ac armis defendant.

Cap. de statu quorundam ducatuum et primo de condicione ducatus Slesie et Vratislauie

Istorum fortuna mediocris erit et si enim poterunt in ali-
qua prosperitate conquirendarum diuiciarum ex varijs actionibus et fact-
is eorum, peste tamen grauabuntur et mortalitate in multis eorum prouin-
cijs Insuper multi eorum opprimentur graui seruitute ab eorum su-
perioribus unde mediocrem hunc annum habebunt ad hec enim atte-
statur eis Mars ex octaua domo eorum signum inficiens, et

Mercurio domino talis signi in sexta collocato fuit et in eorum signo Luna in precentionali et domo sexta situata ...

De statu magni ducatus Lituanie

Istorum fortuna aliqualiter bono modo stabit, ponentur enim in quadam potentia propter eorum signale in decima figure preventionalis collocatum querentque contubernia cum vicinis et societates eadere sepius legationes facient, conabunturque hoc anno ex vicinis quedam lucra deportare in quibus aliqualiter reddentur fortunati

Capitulum de statu quarundam civitatum et primo Cracovien.

Cracoviensium status et conditio fortuna apparenti laborabit, ponentur enim in bona existimatione tam apud forenses et exteros quam apud domesticos homines, unde diviciis et possessionibus operam daturi sunt et cadere inimicitias occultas nonnullorum manifestentur et habebunt. hec enim eis pollicetur eorum signum primam occupans domino eiusdem in secunda domo existente, ex constellatione tamen que in anni est exordio propter eorum signum in sextam collapsum domino talis signi in octava existente: premittitur eis ex egritudinibus variis gravabuntur immo et a generali eorum pestifera infectione timendum est. Venus autem ex cuspide quarte eorum signum sexagona configuratione illustrans pollicetur eis quandam letitiam cum eorum quadam

De conditione Bude et Viennen.

Budensium et Viennensium status hoc anno erit depressus afficientur enim discordiis et inimicitiis tum domesticis tum extraneorum quarum soli quodammodo erunt occasio. Insuper mortalitate et

epidimia fere generali afficientur et alia incomoda fere innumera. Mars conabitur eis adducere opposito eorum feriens signum ex octava domo radio, et propter Iovem retrocedentem in Leonino signo gravamina ex parte principum sencient, fientque talia occasione rerum ecclesiasticarum aut longarum itinerationum vel hiis similium:

Norimbergensium conditio et status

fortunatus erit hoc anno lucris enim et mercanciis plurimum intendent reddenturque fortunati in talibus, verum tamen Mercurius fortunam interrumpere videbitur nam inimiciis aliquantulum opprimentur, quibus tamen forti animo conabuntur resistere ad extremum tamen in talibus non succumbent ...

Capitulum de mineralibus ultimum

Plumbi status hoc anno mediocris et plus malus quam bonus signanter ab anni inicio, multa enim incomoda et damna eiusdem laboratores habebunt et si versus finem anni maiora lucra pollicentur eiusdem laboratoribus, precium tamen eius hoc fere toto anno

Auri status modo quodam vilescet et mediocre erit valor ac estimatio eius hoc fere toto anno descendet, fodinatores tamen eiusdem non in toto erunt infortunati hoc anno.

Argenti conditio mala erit hoc anno multaque incommoda pollicetur eius fodinatoribus precium tamen et valor eius non ascendet:

Anno 1518 prognosticon [illegible] in alio libro Judiciorum impressum in [illegible] folij [illegible] quod erat [illegible] ad [illegible] ad Judicia et astris [illegible]

Aug. [illegible] dicit. Que ab astrologis [illegible] vera dicuntur [illegible] [illegible] [illegible] ex [illegible] que [illegible] debebat

1519

Pronoſticon futurorum euentuum ex configurationibus celi anni domini Milleſimi quingenteſimi decimi noni per Magistrum Nicolaum de Shadek in ſtudio Cracouienſi in vtilitatem publicam editum

Anno domini 1489 die 3 decembris circa horam 28 natus sum
Viennam veni 1501 in vigilia Petri et Pauli, biennio mansi
Glogovie fui anno 1503 toto anno integro
Cracoviam veni in vigilia Bartholomei 1504 ubi
tribus annis in bursa steti. Deinde 1508 collegium maius
inhabitare cepi circa tempus Joh. Glogoviensis preceptoris
promotus ad gradum baccalaureatus 1508 in festo ...
In magistrum anno 1512 ad collegium receptus 1515 ... ubi
suscepi officium astrologie cum dote ... 15 annis
Anno 1525 ad ... vocatus sum Januario
Theologie addictus 1532 canonicus ad 6 flor. ...
anno 1541 ... in doctorem theologie promotus ... 6 flor.
1553 ... canonicus ... assumptus die 14 Marcii

Prolocucio..

Altissimus celorum princeps cuius divino arbitrio ac nutu creata constitutaque sunt omnia, celum in sublimi locatum claris distinxit luminibus et astrorum micancium splendentibus signis adornavit quibus hunc mundum inferiorem subiecit eam namque celestibus pariter et terrenis connexionem indidit ut que in terris ventura prescivit, materiali quadam siderum figuracione presignaret et quemadmodum intelligenciis ipsis celestia illa movere ius potestatemque ab inicio tribuit sic et hominibus quoque, quos inter reliqua animancia eminencioris nature esse voluit, vim virtutemque secreciora celorum perscrutandi et motus astrorum apprehendendi ex his autem effectus futuros pronosticandi concessit ut si forte quevis nature humane adversa minari portenderint vitare, prospera vero amplecti possent, ad que cognoscenda prisci illi vates et astrorum observatores plurima precepta et doctrinam efficacissimam racione et experiencia perfecta comprobatam nobis et omnibus posteris reliquerunt ex quibus effectus venturos cercius cognita prendere possent. At plurimi sunt qui absque racione debita et adversus operum nature testimonia culpandam et postponendam esse dicunt hanc scienciam, non ex alio nisi quia eius experti sunt quam si didicissent ut ceteras si quas sciunt totis viribus defendere conarentur, ut nemo quoque suam artem quam novit probare, et ex adverso ignota floccipendere, eciam nobilissima, existimant ii solum in hac arte vicia posse cercare, non tamen ut aiunt professores eius sed totam ipsam falsam, cuius potissimum argumentum accipiunt ex aeris alteritate quam cum illi predicant sepius rerum oppositum efficere cernunt Sed neque id mirum, gravius namque in elementorum disposicione invenimus, et sepe apparatus aeris alicuius constellacioni resistit, minimeque eam aut parum suscipit, sic et in aliis nascentibus propter diversitatem qualitatum, nature, locorumque evenit Sed nec propterea tota vilipendenda est et destruenda hec sciencia, non enim ex artis defectu est sed ex defectu eam exercencium perinde atque ut Ptholomeus ait nautarum solercia qui navigando frequenter errat a nobis nec vilipenditur nec repudiatur Nec item ceterum exercere phisicam propter eos qui erroribus multis eam inficerunt verum elaborandum est ut ad veritatem eius devenire possimus. Ita quoque nec medicus vilipenditur et si non semper curat. et rethor si non persuadet, immo sciencia eius cognito errore honoratur et ars in suo illesa manet splendore. Astrologia et phisica medicina: sole hee due artes nobilissime et utrique magis mirande ab ignaris incipiunt lacerari et infamari, eo quod sensui subiectos habeant errores. nec cogitant illos posse decipi et humanos quo solo deus caret. et si forte vera dicunt aut faciunt non deest calumniator qui veritatem non sinat eluere Si quispiam examinare velit equa lance ceteras artes quascumque que in sola

contemplacioni sistunt aut que ad usum solis vocibus eduntur et grammaticam
loquar primum sive in orthographia, in sintaxi, in figuris, in verborum ethimologia
quot errores, et discordia infinita, et nescio an unquam cessatura sit, quamvis mille
sint volumina quibus hec ars tradita est, singulisque annis huiusque inveniuntur tamen
nove grammatice eduntur. hic diomedem. hic priscianum ille caprum approbat. vocum
duntaxat innumerabiles et discordia nullius rei utilitatem afferens. Sed ne hic tantum
an germania sint nomina. an hec vero sit depositio et roma et aliis indiis certat
et adhuc sub iudice lis est. et quia hic error non cadit nisi in voces rebus namque
non approbant veritatem, non recipit a quopiam sed unusquisque pro suo velle et placito
invertit suam. Idem est in appendicijs logice phisice metaphisice et que sunt vicinarum artium
effinguntur. huic namque veluti mentis credimus. quod formant consequencie quod
relacionum fantasie que singuli pro sua industria efformant. sed in rebus unde utiles
determinatorum essent preter dubitacionem rei. Taceo iurisconsultos quorum doctrina tot
canonibus tot casibus tot constitucionibus referta est ut eciam non facile videat quid cui
adiungere debeat et omnia cum sit iusta et iniusta. nunc plurimi excipiunt allegant
citant revocant, emendant, appellant et alia iusta et tamen sepius nimis iniuste decer-
nunt. exercicium se iuxta canones primum decrevisse an ergo canones errant (quod
absit) ut illi ipsi perfecto canones namque verissimos esse est fateri. sed eos conti-
git errare et non suam. proinde atque medicos et astrologos cum non bene conse-
git examinaverint. nec industria eius suffecit inveniendo. Quid ergo mirum si in grammatica
logica et aliis que a mille milleris versantur viris ab initio seculi errores reperiuntur
quid dicimus de astrologia que vix ab uno aut duobus diu amplecti cepta fuerit
illius ora obstetricantium eius penetralia perscrutari prohibent, et ab ea ruboris: persuasos
norant. Revera si quispiam in eius inquisicione continuus multos dies consumerent
non perdentes aliis negocijs et malivolorum subsanacionibus, et a meum ad ea aptis
absque omni dubio ad honorem debitum perveniret, et reipublice prodesset, suam quoque hanc
ultra ceteras pristinam famam in qua apud priscos habita est restitueret. quam bene
cum illi moderatur pro singulari munere mortalibus quorum fragili fortune co-
gnoscere conveniens foret haud ignota fuerit ut eo fervencius amore suo que
ab eterno delegit homini impleraret. cui figuram ceterarum quoque sublimem et sy-
dera versus, levatum dedit ut se se terrenis infimisque non sed excercens. immen-
sas celorum stellarumque magnitudines et varios cursus variosque effectus mirabili
stupendoque ordine contemplaretur ita demum cum suo vultum alius clemens
in terris sui factoris fungeretur exemplarium Ad illius itaque honorem eiusque
genitricis intemerate et dive katharine officio meo satisfaciendo que
anno domini 1519 currente ex superiorum constellacionum in hunc mundum futu-
ra iuxta vatum sentencias indicantur. pauris et imbecillitas fert intellectus
ad utilitatem hominum et nostri studij famam sempiternam ordine qui sequitur
auxiliante ipso deo placuit subicere

De magnis celi configuracionibus Cap. I.

Quoniam maiora quevis elementaris huius mundi accidencia maioribus
etiam stellarum convencionibus accidere concors astrologorum predicat senten-
tia, in ipsis namque maior vis influendi in hec inferiora reperitur ut ptholo-
maximus est testis et assidua nature opera nobis manifestant. Nonnullarum id-
circo tunc sancti temporis magnarum coniunccionum profecciones et directos quarum adhuc
usque tempora durare putatur significacio non ab re premittendas censui Etsi
hec res tedium afferret legentibus, tum ne suscepcione et absque ullo fundamine
videar mea vaticinia posuisse nolui pretermittere que a priscis huiusque ob-
servata sunt viris Inprimis itaque premitto tredecim integras revoluciones
orbis magni post quarta coniunccionem diluvij olim et nunc quartumdecimum fluere
Cui ex planetis luna ex signis zodiaci Leo preest. Et quia quelibet in anno or-
bis dicti singulare dominium per rectum partem zodiaci gradum decurrit, quod quidem
partem astrologi divisorem vocaverunt, et gradum signi gradum divisionis, hoc anno
eiusmodi gradus divisionis seu directionis appellatus decima Scorpionis partem
mansionis humide possedit, Cuius divisionem Luna cum societate veneris de
cuius terminis gradus ille est sibi vendicat Gradus autem in quo obtigerat
coniunccio diluvij, motu profeccionis ad septimum gradum Scorpij eiusdem mansionis
humide pervenit. Profeccio insuper coniunccionis illius maxime Jovis et Saturni
que fuit prima triplicitatis in principio Arietis facte in 25 gradu Aquarij et
radios Scorpionis Martis recidit Coniunccionis etiam mutate triplicitatis in aqueam
in 15 virginis gradum ad oppositum luminarium et veneris proficiscitur. harum
quidem et aliarum configuracionum virtutes teste Leopoldo in aere non semper ac
spes quedam in memoria retente longo tempore permanet singulisque annis suam
vim certis signorum partibus et planetis communicant, quo si ille fuerint plurimum
ab etate mea effluxe eo fortius ea que certis diebus acte sunt ut est illa du-
arum infortunarum coniunccio in Cancro, cuius profeccio hoc anno pervenit ad
principium Scorpij in terminum Martis radium et quartum Saturni Alterius eciam
insignis et expavescende coniunccionis Saturni et Jovis in Cancro profeccio
pervenit ad libram signum equinoctij, in oppositum Mercurij radium Et que anno
preterito eclipsis solis apparuit hoc anno vires suas minabit, Apparebit et
altera lune diebus novembris, et in principio anni sequentis effectum ostendet.
Solaris vero diebus octobris ventura vires suas longius distulit, preterea
vigesima septembris Jovi in signo equinoctij autumnalis Mars se coniunget. et
reliquas accidere configuraciones non omnio contemnende quas brevitati studens nunc
obmitto. Istis addo configuraciones omnium planetarum tempore Solis introitus in Arietem

et reliqua signa cardinalia, cum omnibus coniunctionibus et preventionibus.
hoc anno occurrentibus, ab hijs enim iuxta sententiam ptholomei tam gene-
ralis quam particularis anni dispositio mensiumque suorum accipi debet. porro super
his omnibus pronosticon meum veluti super solido fundamento firmare volo
et quid portendant in nomine Jhesu benedicti in capitulorum ordine aperia

De precipuis anni gubernatoribus Cap. 2.

Altissimus celorum princeps qui cuncta sua certa optimaque lege gubernat. ita
singulas disposuit creaturas ut inter se etiam vices suas partirentur et sibim-
vicem nunc imperent nunc obsequantur et obediant. quod si in rebus minimis
eo magis in celestibus quibus hec inferiora gubernari contigit conspicari
licet. singulis enim non modo annis verumetiam horis singulos deputavit directo-
res pro conditione loci temporis rerumque omnium commodo. hinc evenit ut indicarit
artis ingeni ex illa immensa siderum multitudine quosdam et alterius viribus unum
vel plures planetas ceteris prefinant cui ceteri obsequantur et suas subijciant
vires in quorum electione et si diversa penesque contraria sententia reperitur. Nam hermes
ille antiquus magne extimationis vir. Albumasar. Messahalach et ex modernis
Guido Bonatus videntur sentire dominos anni ex sola introitus Solis in V fi-
gura esse accipiendos. ex adverso ptholomeus princeps artis. Alkindus. et hispa-
lensis coniunctionem aut oppositionem proxima introitum Solis in V tamquam fortiore prevalere
et ex illa dominos anni eligendos esse censent. satisfaciendo tamen utrique parti eque bene
autoritate et rationibus firmate. ex figuris pro meo orizonte constitutis. ex introi-
tali elementatorum et preventionali elementorum dominos eligo. sic namque ille vie
probabile loquendi reducent in unam veritatem. Quia igitur in preventione anni
huius falcifer Saturnus plures dignitates per essentialia testimonia comperitur.
Nam ascendentis dux cuius potentia secundum hali et reliquos maior est ceteris
in suaque domo vertitur. amicio radio luminarium punctuali fere conspicitur. nec
ullus est angulorum in quo dignitates plures non habeat. In introitali quoque cum inspide
oriens in suo domicilio residit. altero decima occupavit. et in omnibus fere quartis
anni coniunctionibus et oppositionibus pluris dominium ac sceptrum tenet. nec me terrent
eius casus. quem gaudio sublevat suo. ea de re huius anni dominium iuste sibi
vendicare visus est. accedentibus ad hec et alijs accidentalibus testimonijs que
pretereo obmitto. Qui autem participare possunt dominio. duo se se offerunt precipui
Juppiter et venus. ille retrogradus. hec combusta. facile itaque repulsa parentur
a dominio. At temulentus Mars in introitali ad ortum properans in suo trio
quadrato solis prospectus cuius etiam loci in revolutione diurna est dux. ad oppo-
situm Saturni accedens. et in reliquis anni quartis non vulgare dominium
obtinens. dominium elementatorum sibi vendicat. Et quia idem Mars in figura

introitali ceteris meliorem habet dispositionem in locis principalibus nam alijs maiore
posse procedit cernitur. propterea eum participem se se estimo condignum gubernationis
principii domini elementorum Saturni videlicet. hij sunt partes qui hoc anno excande-
scent plurimum rebusque gerendis preerunt. mundus namque anno currenti in qualita-
tibus alijsque suis accidentijs iuxta horum natura Saturni scilicet et Martis genera-
li saltem iudicio qualificabitur. facile mihi credo consentient qui causas eius
negotij examinaverint quas prolixum esset hic omnes commemorare. Erunt nonnu-
lli scio. qui alios consortes regiminis fuisse contendent quorum ego vim infra-
ctam feposui. Nihil tamen ad fieri prohibet si aliqua regiones a nostris aliam re-
li habitudinem secundum diversitatem orizontium habere dinoscentur.

De dispositione anni in qualitatibus generalioribus

Qualem hic qui decima Martij revolvitur annus natura sive potius elementorum
dispositionem ex celestium corporum influxu sortietur non est facile dictu. nam hec res
brevibus vix aut numquam exprimi potest. que causis contrarijs. temporibus et locis
discretis et multa inferiorum varietate infinita patitur obstacula. perstatis
tamen magnis configurationibus revolutionibusque earum. ex quibus magis huiusmodi
iudicium pendet. duo scilicet orbis divisores eius qui est Luna in venere sorti-
te profectoribus magnarum coniunctionum. que pro maiori parte ut supra dictum est
in loca humida et radios planetarum solis non cadunt. que per humiditates expressiva
generant. animadvertendo etiam eas que in anni huius preventionali introitalique
figuris conspiciunt. locum videlicet preventionis signum piscium et pluviosum quidem et veneris
eius domini corporale dissuverint sub radijs. super Marte aut porta de quarto
apprecientur. que omnia aquae videntur pro qualitate humida considerando insuper
multiplicem planetarum adversam configurationem et ad dominos anni et eorum accidentia
ad solem Convissendo insuper planetas in eclipsi solis anni transacti dominantes
cum huiusmodi configurationibus et anni dominis. eo quod effectus illius eclipsis
tempore estatis huius anni initium sumet. dico variam nec bene constantem generalem
anni dispositionem. Aliquando Saturnus gelidus aera frigido constringet rigescereque
faciet in perseverantia caliginosis et grossis nubibus sepius aeres defor-
mando obducendoque. altos nives ac damnosas generabit et inde corruptio-
nem et animantium multorum subsequetur. ut in plerumque terra repentine subi-
teque humiditates exorientur et diutius perseverabunt intercipiente temperie
flumina ultra consueta excrescent magnitudine utrumque desertum parient. et post
tempora sua hec dispositiones currerent. non enim servabunt bene. naturas suas. plerosque
quedam anni. et erit aer distemperatus non bene convenientibus viventibus
Et ex adverso tria Mars particeps dominij. cum Mercurio mutuo se respiciens
et in aliorum testimonio. tempore suo estatis proprie calore nocivo adveniet. interdu

ventorum rabiem ac nocíua concussiões. tonitrua fulmína cum imbrium gran:
dínisque ingruencia in ethere terribilr concitabit frigoribus terreque nascentibus
hinc inde nocitura eo quod Saturnus Mars colligatis viribus Mercurio eis
attestante. planete sunt tonitruorum ut vult albu: de coniunctionibus magnis

De singlari dispoe qrtaz mesium et dierum anni

In mutacõe aeris velim lector intelligas non semper dierum ut notati sunt
alteracõm subsequi Nam sepius precedentes ut sequentes dies suscipiunt effectum
qui nec semper nec ubique apparere poterit. non est tamen extimandum ut inquit
ptholomeus quod superiora super sua strata procedant inevitabiliter velut ea que a divina
dispoe contingunt et que voluntatem sunt evitanda. Agens enim naturale non statim
agit nec uniformiter in diversis locis situ et qualitate contrarijs ut diversitas
climatum. et regionum iuxta mare paludes. lacus montes silvas et valles
nos clarius edocent Si quispiam certius experiri pronosticia astrologorum volue;
rit. hinc illucque pergat aut eos qui varia loca perlustrant inquirat. inve;
niet veritati consona astrorum iudicia que domi agens incerta et vana censere
non vereretur. opinans in tempore omnia pronosticata evenire debere. et suo in tugu:
rio aeris alteritates conspicari. aliorumque ignarus eventuum :—

Finis hyemis

presentis propter Saturnum orientalem et cum Sole in
sua domo currentem vehementiam frigoris glacie et altis nivibus cum detri
mento viventium pro maiori parte consumabitur. testificantur huic dispositi
Mercurius cum Venere in domibus Saturni volutati et orientales. Et si
Jupiter cum Marte certe suorum locorum et dominij quod habent in signis
flatu ventorum et nivibus sepissime infestabunt aera. quo aliquid intensiorem
frigoris interrumpere videbuntur. dimovere tamen in toto asperitatem non poterint

Noua luna embolismi

fine Januarij parum namque in
re differunt aut nihil. Die circumcisionis domini hora ab occasu Solis com:
putata 16. Minuto 58. gelida cum ventis asperis consumabitur propter Saturnum
orientalem principalem eius significatorem. et coniunctionem duorum inferiorum cum eo.

Dies Circa diem Epiphanie intendetur gelu. et postea varia turbacio aeris
et grossarum nubium involucio nive minantium ex coniunctione Saturni cum Mercurio
et quia Luna aperit portam Saturno super Solem et reliquas applicationes:/
Die dominico vel circa. quia Luna et pars pluvie in mansione humida. Mercurius
vero Joui portam aperit. tenuo Martem amplectenti rasus nivis vento compellen:
dus conspectabitur cum remissione aliqua. Feria tercia rigescet aer quibusdam
cum vento modico ningit vel candide nubes transibunt. propter locum Solis. et con:
gressum Saturni cum Venere. Mercurio transeunte sydus putei. nisi Mars Lune
iunctus resoluta humiditate addere prevaleret. Feria quinta et post Luna in man:
sione humida Saturno opposita et Veneri partiali nebulosum saltem et rigidus
faciet diem. aut nivem demittet circam :—

plena luna embolismi

Sabbato ante Marcelli hora 6.
Minuto 50. noctis sequentis. propter Jovem ascendentem in signo instabilitate vide:
bitur Saturni rigiditatem turbulencijs varijs impedire et interrumpere **Dies**
Eodem die et post ventimium. alibi nubes clare et gelide transibunt. ex commix:
tione motorum planetarum in locis humidis cum Luna. et quartum Veneris cum Joue
addet ad huiusmodi mutacionem longiorem Mercurius sub radijs signum mutans
Circa diem Fabiani ante et post Sol iunctus Mercurio in signo ventoso et frigido
quartus etiam Martis stacionarij ad Lunam in mansione humida ventos occidentales
cum humiditate nivali et sola rigiditate aeris concitabunt. Die dominico
Luna in mansione humida in quarto Solis Mercurij Venerisque aquarium contingente
rigiditatem minatur aut aeris turbulentiam. Solis dispositio diebus sequentibus propter
Jovem stacionarium et apercionem porte super Saturnum a Luna

Noua luna februarij

die dominica ante purificacionis
hora 2 Minuto. 20. noctis sequentis rigiditate ut plurimum procedet ex Saturno
primo domino. commixtis interdum humiditate nivali turbabitur. non Veneris
et Mercurij vespertini radijs solis oppressorum **Dies** A principio huius
lunacionis in plerisque locis Luna in mansione humida iuncta Mercurio signum
aliud ingredienti et Saturnus in partiali sydere. gelua intendent. alibi nu:
bibus saltem aut nive aerem occupabit. magis autem circa Blasij diem
ex aspectibus Lune cum superioribus Die dorothee ad vesperam prope ex quadra:
tura solis ad Lunam citra pleiades et Venere ad Lunam rigiditas aeris. et
alicubi nivis casus percipietur. Die scolastice prope ad noctem et circa tur:
bata frigiditas ex loco solis et Lune Saturno porta aperiente. et pro ma:
iori alteracione duorum superiorum cum inferioribus in locis humidis attestabitur

plena luna februarij

die Valentini hora fere prima no:
ctis sequentis ex Mercurio domino principali Marti per quadratum consignato
inconstanciam aeris in rigore promittit. quadere et ventos gelidos et
humiditates movebit. cum notabili alteritate aeris **Dies** Circa diem Juli;
ane Venus intrans pisces et Luna aliorum aspecta radijs Saturno porta aperi:
ens in mansione humida. et deinde ad Jovis congressum procedens in loco vitorum
turbabit aerem varietate non modica Feria secunda septuagesime et magis
diebus sequentibus. alijs intensio alijs varietas aeris tempestuosa non tamen
sine frigore apparebit. ex quarto Solis et Veneris ad Lunam in mansione hu:
mida et Saturnum tunc radio aspicientis in mansione sicca Durabit hec dispo
usque et ultra festum Mathie ubi poterit minor apparere qualitas sed cum frigo:
re. propter Solem et Venerem in gradibus partialibus Mercurij. et locum Lune

De vernalis quarte disposicione Cap. 5.

Ver cuius initium erit decima Marcij ex suis dispositoribus venere combusta
Saturno et Mercurio retrocedente, frigidum et humidum apparebit maxime a prin-
cipio, addet et Jupiter pro varietate tempora cum calore. Mars vero septen-
trionalis cum signo Cancri hora introitus Solis in V et in alijs luminari-
bus configurationibus loca fortiora occupans et cum est feria humiditati ex-
cessiue resistere conabitur nihilominus nature signi et temporis plus fauere dino-
scitur. ventis ac nubibus sepius aerem obscurando inquietabit. interdum tempe-
rato calore et claritate propter versus finem aera purgando. ~

Noua luna Marcij

feria tercia post dominicam sexage-
sime hora 11. Mo 1. racione Saturni et Veneris combuste humidam
frigiditatem pollicetur et turbatum aerem signanter a principio propter Mercu-
rium stantem in sidere pascali lunaque coniunctum. **Dies** Circa feriam quintam
flatus ventorum rigidorum interdum cum pluuia hyemali apparebit ex irradiacione
significatoris coniunctionis cum luminaribus et opposito Jouis et coniunctione Mercurij
ad lunam euntem in parte pluuie ad sidus humidos. In locis vero calidis
temperatis cum nubibus icoreis portendit. Diebus Carnisprinij frigida alter-
racio cum niuali humiditate aut nubium inuolucione. propter quadraturas Solis
et veneris ad Luna in loco humido et Martem signum Cancri introeuntem
Circa diem Gregorij aer inquietus cum humiditate aliquali propter coniunctionem
Solis cum Mercurio et huius cum venere. signa mutantur Maiori cum altera-
cioni testatur quadratura Martis cum Mercurio in signis pluuiarum pri-
pue in locis temperatis. alijs solum venti aerem perflabunt

plena luna Marcij

feria quinta ante Gertrudis hora 11.
Mo. 3. a principio inconstans apparebit propter multiplicem pluuiosorum commix-
tionem ad Luna et primum significatorem coniunctionis. postea tempori fauebit et
caliditati cum Martis in ea magnum posse habentis **Dies** feria quinta
in profesto Gertrudis et ante varia dispositio aeris in diuersis locis percipietur
alijs namque pluuia alijs ventum nubiumque tristiciam celum minatur. talis dispositio
in crastino exspectabit. alijs vero diebus pulchrior apparencia qualitatum aeris
erit conditionem temporis et locorum feria quinta post Benedicti Mercurius stans et
quadrature planetarum ad luna in mansione humida adminus nubes transeun-
tes. alijs pluuia portendunt In crastino lenta frigiditas aeris ex coniunctione Sa-
turni cum Luna et Mercurij radiacione cum vtroque Die annunciacionis grata qua-
litas aeris ex amica radiacione planetarum Circa dominicam diem Jupiter oppositus
Soli flatum ventorum denotat aduenire pluuias propellentem. alibi cum tonitru.
Eadem dispositio ad finem mensis cum humiditate pluribus in locis percipietur ex quadrato
Saturni cum venere. et alijs que adminus nubium concussionem efficient :~

Noua luna Aprilis

feria quarta post dominicam Oculi hora
20. Mo 23 racione Martis temporis qualitates promittit. nisi Mercurius
dominus ascendentis turbaret cum venere **Dies** Sabbato et dominica letare Sa-
turnus porta Soli aperiens frigiditatem aeris pollicetur. locisque conuenientibus
grandinem pluuie immiscebit. in plerisque tamen locis sole nubes steriles transibunt
feria tercia in crastino Ambrosij et diebus sequentibus duo inferiores signa
mutantes Lune in mansione humida applicati et reliqua testimonia superiorum alijs
ventos laxabunt cum humiditate. alijs nubibus obscurabunt aera feria quinta
propter ad noctem Jupiter Marti et lune confederatus in locis temperatis nubes co-
nare faciet. alijs pluuiam demittet. alijs aerem exuret. reliqui dies temperie
aeris transibunt Circa diem dominicam et post alteracio apparere poterit. ex
loco solis. et Jouis Mercurijque cum Luna in signo ventorum configuracione
veneris in orientalis exiens radios bonam dispositionem pollicetur. ~

plena luna Aprilis

feria quinta in die Tiburcij hora
6 Mo 38 noctis sequentis. et si Mars huius oppositionis dominus caliditatem cum
sereritate promouere conabitur Saturnus tamen princeps cum suo signo horoscopans
nubibus frigiditate interdum et tempestatibus contrauenit. cui consentit cursus
solis per stellas talis complexionis **Dies** Eodem die et circa Saturnus
quadrato lune ex parte sidere prospiciens aliquantula frigiditate serena aerem
inficiet. et in crastino Mercurius Joui porta aperiens et venus lune op-
posita pluuias inducent in plerisque locis aut adminus nubes concite ventis
propellentur. Dominica palmarum et post. Luna cum Joue temperiem et aeris clari-
tatem portendit absque hoc quod Saturnus stacione sua nubila induceret. Ma-
ior aut deformacio aeris feria quinta magna vsque in sabbatum. eo quod sol stellis
nebulosis applicat et Mercurius quadrato Marte cum Saturno retrocedente
irradiat. feria tercia pasce vt in crastino multa aeris alteracionem conspiciens
ex cursu nubium humiditatem afferentium. ex quadratura superiorum cum Luna et

Noua luna Maij

Die vitalis martiris hora quinta Mo 11
noctis sequentis. propter venerem temperiei et claritati fauebit. cui quoniam
luna statim coniungitur et ipsi Mercurio in loco pluuioso. aerem fontibus
contendet humectare pluuijs. at saturnus ascendens adiuuat frigiditate aget. ~

Dies feria sexta et sabbato luna circa pleiades trino saturnum aspiciens
et venus geminos intrans pluuiam testificantur venturam aut adminus nu-
bes humidas cum frigore Die Sigismundi et circa quod sol pleiadibus con-
greditur lunaque a Marte et Mercurio in mansione humida radiatur hu-
miditas aeris cum leui vento percipietur plerisque in locis. eadem die Crucis
alteracio apparebit cum frigore et nubibus grandine plerisque locis minantibus
ex Saturno cum luminaribus configurato in locis frigidis natura.

Die floriani luna Marti portam apperiens super venerem pluuiam porten-
dit, plerisque tamen in locis nubes transibunt rorido, sicce et sequenti die. Die
sancti Stanislai vt circa Mars contingens leonem aliis nubes ab occidente addu-
cet solis radios intercipien. aliis pauca humiditate adducere poterit. quarto ve-
neris cum luna attestante, reliquum tempus clarum. feria quinta post Stanislai
luna iuncta Joui Marte et Saturno attestantibus dies admodum nebulosum et
frigidum presagit. sed in aliis locis percipientur tonitrua et estus. In crastino
ventus exspirabit aut nubium discursus Sole et Mercurio signum mutantibus

Plena luna Maij

Sabbato in profesto Sophie hora 14 minuto
41 ex Mercurio principali significatore non vniformiter procedet. et quia
Jupiter tetragono et venus opposito lune applicant radio interdum tempestatibus agita-
bitur. sed in quamplurimis locis feruens caliditas cum sereno aere locis Marte vincet

Dies

Eodem die vt circa Sol et Mercurius circa stellas pluuiosa poterunt
irrora terram aut nubes crescitate facient. feria secunda proprius versus noctem
Luna cum Joue in signis ventorum per quintilem configurata poterit excitare ven-
tis pluuidas nubes sed plerisque serenitate transibit. feria tercia et magis in cra-
stino Luna tamen superiorum afferta radiis in mansione humida pluuiam plerisque
locis demittere poterit vento impulsam. Sabbato in profesto helene poterit que-
piam alterato apparere. ex quarto lune in mansione humida cum Sole. Sexta die
dominico ex attestatione duorum inferiorum locis et aspectu. feria secunda et aliquibus die-
bus sequentibus tempestas ex vento et forte cum pluuia portendit et frigiditate
propter lune aspectum cum superioribus, in multis tamen locis sole nubes et venti estum in-
terripient. In crastino Vrbani venus Cancrum ingrediens et luna pleiadibus
propinquans, humectabit aerem vel nubibus celum occupabit tonitruibus ex Marte

Estatis inicium

13 die Junij erit et quia Mercurius cum Saturno
in figuris estatis potenciores inueniuntur qua de re merito eius quidem guber-
natores eos esse conuenit. erit itaque estas a principio minus calida quam tempori
conuenit interdum ventis et humiditate agitabitur, postea terribilibus tonitruis.
fulminibus. imbribus. caumatibusque moleste peruenerat. Et quia effectus eclipsis
solaris anni preteriti ab ingressu Solis in Cancrum primum apparere incipiet. ideirco
exuperancia in qualitatibus aeris tempore estiuo vltra causas prefatas, nunc vehemens
calor cum siccitate, iterum subiti horrendique imbres cum fulgure et tonitru iterumque
defectus humiditatis et fluminum decrescencia apparebunt

Noua luna Junij

Sabbato in profesto rogacionum hora 15
minuto 20 in qua Mercurius principatum tenens siccitatem pretendit cum tempe-
statibus, viribus alternatis. et eo magis quod ipse sit proprius dominator eclipsis pre-
dicte. loca insuper huius coniunctionis principalia ventosa pro maiori parte occupant

acriter hoc anno mortale genus hominum infestabunt. planete namque qui
vite boneque valitudini fauere noscuntur vndique infortunatum leduntur
radiis Jupiter namque retrogradus in octaua non poterit releuare ab egri- premonicionis
tudinibus homines. et quod maius est. inimico radio Martis et Saturni leditur
venus enim vbique sub radiis delitescit cum domino ascendente introitalis
Luminaria quoque quadratis radiis infortunatum lesa idem portendunt Saturnus
aut salutifer in octaua introitalis venit. Martem domini sexte in ascendente
dominum opposito fere prospicit Dispositores quoque eclipsis Solis preterite huic atte-
stantur negocio. Afficientur itaque homines aduersa valitudine alterique generum
morborum tum ex presencia aeris alimentique corrupcione, tum eciam ex infortu-
natorum radiis memoratis malefices. Veniunt ideirco morbi cronici et qui
corporum vires deficere facient. plurimi eciam acuti et calidi qui multos precipites
visere cogent. Addet huic malo Mercurius egritudines que e pituitosis humo-
re pendere dicuntur vt sunt febres continue quottidiane. ptisis ethica. tussis
Cattarrus Reumata et que hec sequuntur membrorum spiritualium egritudines
corpora consumentes. Saturnus itidem feria secundum rabiem ac rerum perter-
barum in multis efficiet. Quas vero Mars ingenerabit hec sunt. febres acute
assidue terciane sincopes pestilencie apostemata venenosa vti pustule
Carbunculi. ignisacer ceteraque eius generis morbi. In bestiis quoque quadru-
pedibus Saturnus in octaua in signo capricorni radiis lesus detrimentum et
mortem faciet. hec autem mala in hiis hominibus plus apparebunt qui natiuitatem
horum preterierunt participant. et in omni fere etate et condicione. locisque prius ex-
pressis. Que quia acerba diraque sunt orandus est salutis auctor vt ci-
tra demerita nobiscum agat pius pater et misericors deus :

De primoribus fidei cristiane et eorum subditis

Principes religionis Cristi vernali tempore et toto anno minus fortunatum
experientur statum. vterque enim eorum planeta retrogradus et alter eciam combustus
opprimitur infortunatorum fortissimis radiis lesus. Sencient itaque incommoda for-
tune amicorum honorisque. Et quia sol (princeps eius religionis) eclipsatus
erat in signo Mercurij proprij dominatore. et ipse in duodecima cecidit et
malorum affectus est radiis. Jupiter eciam eum parum vi sublenat solisque
adhereus et sub terra occultatus dominus noue. et in opposito eius signat spiritua-
lium principum magnam depressionem et eorum molestacionem per depredaciones eorum
bonorum et locorum deo dicatorum. Marcialium itaque insultacionibus et oppressio-
nibus premientur. nam Mars quadrato Mercurium in duodecima afficit adue

radijs non liberi. Idem detrimentum et in revolucione anni patitur. plurimi eorum exponent se illecebris eo quod Jupiter in domo veneris quintam occupavit domum sed caveant ne hoc ipso fedissimo morbo occasionem prestent. In estate eorum qui fideli sunt agent circa infirmitatibus in variisque subiectorum molestijs imo et morte aliquos occupabunt. Ver autumnus vero hyemps meliorem condicionem illis prestare poterit, eo namque tempore quicquid agent in inimicos et fallacem fortunam obvios habebunt. Eundem fere statum aliorum renum gentium rerum portendit, cui eius in cuius manu sunt dei potestates et omnia regna potest subvenire.

De principibus rerum secularium :~

Reges principes et qui alijs presunt negocijs in principio anni amicitias querent honoris et reipublice circa agent in eorum consolacionis sed non sine proprijs egritudinibus proprio timore inimicorum et belli molestati. Militarium virorum et spiritualium puerellas sencient contradictionem. Estatis tempore egritudines caveant mortales. bella quoque et contencio quepiam ne eveniat provideant. In autumno si parta aliqua invenerint dolum subtimescat et casu in subitis. In hyeme quieciores anno tempore legibus frenabunt pro suorum commodo. Reliqua eorum disposicio ex alijs locis iam manifestata est :~

De statu vulgi

Communis populus per totius anni decursum adversis agitabitur fatis. Legibus namque et insultu Marcialium gravabitur et que itinera pro suo commodo facient in eis difficultates captivacionis depredacionesque invenient, propter significatorem eorum radijs infortunatis lesum et alias causas. egritudines quoque mortales in vere et estate illis scelum minatur. In hyeme incionior negocijs opam navabunt et prosperitate maiore experientur.

De Judeis

Judeorum populus inter se bonum habebit statum sed ab exteris maxime Marcialibus angariacionibus incarceracionibus exaccionibus et depredacionibus in eorum bonis et vita turbati fere toto huius anni agent nec apparent fortune qui eis prosperiores forent. In estate autem vite necandi spoliacionesque bonorum magis pertimescent tempore autumni. dolis suisque versucijs deludent plurimos, itinera facient pro suo et religionis commodo. hyemps eis meliorem condicionem pollicetur in omnibus nisi forte morbis afficiantur malis.

De Turcis Sarracenis et Tartaris

hij multa gentes proponent negocia bellica cum affectu et (quod absit) cum honore laudeque et si Saturnus eorum animum impedire videbitur. In estate contencionibus agitabuntur ipsique carceres et mortem ignobilem vix effugient. et in alijs anni partibus libidini turpissime fomento morborum vacabunt solliciti hii semper rerum suarum. hec ipsis causis ex revolucione anni et eclipsi portenduntur

De Mercurialibus

Artium liberalium cultores Mercatores, monetarij et ceteri ingenio et lingua laborantes in anni exordio et processu statum difficilem proficto habebunt nam eorum planeta et radijs adustus et retrogradus invenitur opposito Jovis et quarto Martis Saturnique sauciatus. Unde morbis laborabunt varijs, debilitate capitis et sensuum involucione. Quantum vero est ex figura eclipsis. Saturnus oppositus eorum negocia difficultabit toto anno, et eorum amiciciam cum obsequio floccipendere permittet. estas illis paulo felicior. In autumno multorum amicos conciliare volent. nec hyemps omnino eis adversa apparebit nisi Mars eorum substancie insidiaretur

Marcialibus

hic annus in aliquibus proventu erit. multa namque agent strenue et cum magna industria rebus consulent bellicis et apud reges acceptabunt eorum obsequia. vulgus quoque illis obediet. in vere in inicio a principibus aliqua gravitatem eis quartus Solis ad eorum significatorem in suo casu efficiet. In estate multi ex eis mortem obibunt et cepta non ad intentum finem deducent, quietem vero eis pollicetur sublimitas Martis in figura eclipsis supra expressum est. ubi de Bello mencio facta fuit

De mulieribus et his qui naturam eius sexus sectantur

Puelle mulieres cantores et qui tripudijs ceterisque varietatibus mundi indulgent statum non omnino infelicem habebunt in veris tempore. nam amicis et fortune fruentur plurimum socialiumque federia utentur. sed egritudines caveant turpes et deteriores. In autumno et hyeme libidini insistent. multisque blandicijs fucato ornamento et lenocinijs dedite erunt. multe tamen penas suorum delictorum luent. testatur his carum significatoris depressio. et eclipsis utraque

De regno polonie

polonie gens presertim minoris amicorum sentiet discordias et vulnera. et si que occasio se obtulerit proficient ad bella absque tamen profectu nam eorum in casu id portendit et eorum signum quarto lesum radio. Saturnus quoque ex diametro tarditate vel gibrosius molestijs eos impediet. In estate itinerum pericula paveant. quo circa tempore ex figure eclipsis maior illis anxietas pollicetur adversitas inimicos eorum. In autumno multi et damna multa ab eorum inimicis percaveant, et inter se sint solliciti ne in filijs servis ac alibus domesticis incomoda suscipient

hiems ipsis multa incomoda afferet inimicas odia forsitan interfectiones
et adversus clerum concitabit odia et magnam invidiam. Maio-
ris vero polonie homines statum satis debilem percipient propter sui signi
et figuratoris impedita. estas ipsis felicior eo magis ipse possessionum felicem
impriam gaudiorumque agent vitam felicem. timeant tamen contentiones coru-
scium et naturalium infestaciones. precipue hyemis et autumni tempore.

Hungaria non in toto fortunata fuit in rebus statum propter
illam eorum partem retrocedens infortunatam habet radiis signum quod et parte in
eclipsi Solis preterita et loco debili et radiis malorum plurimum deprimitur. unde
non bonum eis pollicetur celum. miseriam etiam insidijs pendeant et solicite sit
adversitate eorum percipiant quos reddet amicos. egritudinibus satis afficientur
variis. et contencionibus magis in hyeme. caveantque seniam inanitatem
timeant quod Mars eorum signum perquirat et Jove in sua parte tenet.

Bohemia in prima anni parte bonum et gaudia multa suscipiet
regisque graciam non vulgarem senciet possessionum sueque hereditatem
tamen agent feliciam Sed in estate egritudines mortales vix evadent
belliqque domestici perturbant eventum aut saltem discordie viam occludat
Autumnus illis felicior ubi honoribus et fortuna claris resurgent quorum
quia itinera subibunt longiora nec hyems illis adversa erit nisi
quispiam ex eis mors corruperit ex delirijs et crapula

Lithuanie populus in vere et primum in estate egritudinibus mo-
lestijs infestabitur et inimicorum insidijs quibus tamen si desides non fue-
rint. poterunt resistere provide eis quod nocere In estate in eorum factis et
vita mediocriter persistebit et vix non molliente quisquam adversus suos
maiores In autumno quiescet rex et amicorum utilitati intendent. In
hyeme fortuna respicientur congrua et in principe suo honorabunt re-

Pruteni veris tempore egritudinibus periculosis turbabunt et forte bella
agere proponent quod tumultum in populo facient et sibiipsis plus nocere poterit
quam prodesse. magis autem in estate talia attentare videbuntur Autumnus
eorum pueros morbis satis pestiferis vexabit et quod religiose sue venit so-
liciti In hyeme lucris intendent cognatorumque vitam gerent solerte et
amicabile. itinera tamen caveant pericula in quibus cupiditate utique persenserint.

Slesia ab inicio anni et reliquis partibus tunc sui significatoris impediti
et signi per eclipsim infecti. statum satis debilem senciet presertim in anni
initijs societatibus lucris et vite curarijs In estate feliciora agerent

signa. a principio tamen pluvia cum instabilitate commovere poterit eo quod signum
Lune una cum venere ingressus radios Solis diffugiet. postea estivum aget re-

Dies Die dominica vel proximis diebus. tempestas et pluvia frigida ple-
risque in locis cum tonitruo propter lunam applicantem portam Soli in puteo super
Saturnum. et propter significatori coniunctionis et veneri eius congressum. alibi di-
es hij transibunt cum nubibus roridis aut lenta pluvia Dies ascensionis do-
mini et circa tempestas cum tonitru et imbres concitabitur. ex testimonio Mar-
tis cum luna et Jovis cum inferioribus. In crastino vero Mercurius cum venere
pluvia denunciant futuram vel adminimus nubes pluvia minantes cum vento.
Dies dominica ostendet aliquam alteracionem. dies autem sequentes vix evadent.
tempestatem tonitrui et ventorum. ex aspectibus Lune cum Jove Marte et aliorum
feria quinta precipue pro nocte concitatio pluvie aut nubium cito transeuntium
cum vento occidentali ex opposito Saturni cum venere et Mercurio. Marte cum
luna attestantibus. poterit et sequenti diei accomodari similis dispositio in
frigore. vel aliqua humiditate aut nubium ascensu.

Plena luna Junij dominica die penthecostes hora 2 minuto 39
noctis sequentis. cuius domini sunt Saturnus Mars primum et Jupiter parte distem-
perati. quapropter et status eius varius erit in calore et humiditate. magis
tamen frigori favere demonstratur a principio. postea calidior **Dies**
feria secunda penthecostes Luna applicans portam soli cum Saturno in mansione
humida quarto Jovis attestante impetum aeris cum obscuritate portendit. alijs
nubes transibunt steriles. In crastino magis nocte venus et Mercurius ex
sedibus putei lune oppositi ipsa in humida mansione demorantes pluvias frig-
das pollicentur. adminimus nubium cursum cum frigore modico afferre poterunt
In crastino viti Mars in puteo lune oppositus et Mercurius mutans signum
poterunt efficere pluviam aut nubes intercipientes radios estuosos Domini-
ca trinitatis et in crastino Sol applicans stelle fixe de natura Jovis et p-
tum Martis. Jupiter quoque oppositus Lune in mansione ignita vehementiam calo-
ris testatur etiam cum tonacione. alibi nubes roride serenum intercipient
reliqui dies qualitatem temporis servabunt. preterquam circa festum cor-
poris domini flatorum ventorum nubes compellent aut pauca irroratio ex co-
niunctione veneris cum Mercurio in partali gradu percipietur.

Nova luna Julij dominica die infra octavas corporis
cristi hora 8 minuto 10 noctis sequentis. ex Jove et Venere temperamen-
tum pollicetur cum claritate et estu. Saturnus tamen nubibus et frigore
inficere contendet. et Mercurius retrocedens **Dies** feria secunda. Satur-
nus lune in mansione humida oppositus diem nubilosum et frigidum aliqu-

tabum promittit cum ventilatione Mercurio retrocedente et ex quarto
Jouis ad lunam Die petri et pauli et circa Mars signum mutans et Luna
cum Venere per gradus putei decurrens pluuia aut nubes steriles claritatem
interrumpentes eo magis et minus pollicentur Circa diem visitationis ante et
post Saturnus aperiens porti Soli in gradu puteali et luna circa stellas
nebulosas pluuiam cum grandine plerisque locis portendit alibi sola nubilo-
sitas aerem occupabit cum frigore feria sexta pro nocte precipue Luna
iuncta Joui et aperiens portam Soli super Saturnum admiscet alterationem
aliqua ostendet in ventis nubibusque alibi pluet aut interrumpetur clari-
tas. alii dies estiui transibunt Mercurius tum circa feriam sextam per retro-
gradationem Cancrum ingrediens vento nubes excitabit vel pluuia aerem
turbare contendet. Marte circa iuuante et loco Lune:

plena luna Julij

in profesto Margarethe hora 10 Minuto 56
cuius dispositor Jupiter venere socia temperiem cum calore pollicetur a
principio tamen nubibus et frigore impedit propter congressum Saturni et Mer-
curij cum luminaribus in mansione humida **Dies** eadem et post
die nubilositas cum frigiditate et in plerisque locis cum pluuia apparere poterit
aut nubium grossarum ascensus ex coniunctione Mercurij cum luminari altero
sole scilicet et oppositione lune cum eodem. eadem apparitio in crastinum circa expectabitur
In crastino Margarethe Mars et venus oppositi lune et Sol cum Mercurio si
quam motum pleraque loca recreabunt vel nubibus estiui interripient
Die alexij ventus estiuus refrenabit poteritque aliquibus tonare ex aspectione
lune cum Saturno Joue et Mercurio. Reliqui dies estiui cum coruscationibus
parient paucis interturbati ventis et nebeculis In profesto Jacobi ma-
ior alteratio concitabitur nubibus plerisque grandinem aut pluuiam frigi-
dam adducentibus, ~~et sequenti die~~

Noua luna augusti

Die Anne hora 16 Minuto 53. In
qua Mars cum Joue et Mercurio calorem promouent tempestatesque in aere
concitabunt cum tonitruis siccitate interdum et subitis imbribus

Dies feria sexta in crastino panthaleonis ad noctem precipue Mars et
venus lune iuncti pluuiam deducent cum tonatione alicubi sole nubes
grandines minantes transibunt Die dominico et circa ad noctem precipue
maior tempestas aeris expectabitur vel saltem pluuia frigida cito tran-
siens ex aspectione omnium planetarum cum luna et inter se Die petri ad
vincula vel in crastino tempestas solis vel aliqua molestia aeris con-
citanda speratur Vel saltem summa molestia percipietur ex aspectione
Martis cum venere et Saturni cum Joue. Reliqui dies calore excedent
interdum vento refrigerantes et nubeculis radios ardentes impedientes

Die sabbati nubium concitatio admixtus conspicietur certisque locis imbrem
afferre poterit Luna Martis et veneris aspecta quadrato radio Die dominico
apparebit aliqua dyscrasia ex nubibus saturni et frigiditate humida propter
congressum lune cum Saturno, venerisque aliud signum ingressum etc.

plena luna Augusti

die laurencij hora 19 Minuto 6.
trium superiorum vires in sua figura collegit quapropter calorem aget cum
sereno interdum tempestatibus imbrem excitabit nam Scorpio in ascendente
et Mars eius dispositor id promittit **Dies** feria sexta post Laurencij
pro nocte Mars et venus lune oppositi plerisque in locis pluere facient
cum aliis nubibus obscurabunt radios solis Solis dispositio et in crasti-
no et forte cum maiori dyscrasia propter oppositionem Martis et veneris ad Lunam
et locum solis circa stellas nebulosas. Die dominico ventus refrigerans ex
Jouis et Mercurij consideratione In Crastino assumptionis et feria quarta
Luna circa pleiades decurrens et quarto Solem recadians poterit aerem hu-
mectare Die Bernardi plerisque pluuiam cum minatur aut quempiam
tumorem aeris apparebit ex loco Solis et aspectione Lune Solis dispositio
die dominico aut saltem obscuratio apparebit ex Saturno et Venere per
quartum aspectum congeneratis. Mercurius etiam mutans signum aerem turbabit

Noua luna septembris

feria quinta in crastino Bartholo-
mei hora 10 Minuto 50. Mercurius habet dispositorem suarum qualita-
tum qua de re non omnino stabilis est dicenda. Summis fortune coniuncte pro
serenitate agent sed tempestates imbrium et ventorum interdum excitabunt

Dies Eodem die et circa Jupiter veneri iunctus humiditate et saltem
nubes adducere poterunt cum refrigerio aeris Die sabbati et magis die
dominico in festo Augustini tempestas exorietur cum humiditate aut nu-
bibus obscuris, ex coniunctione plurium planetarum cum Luna in mansione
humida feria tercia die felicis et adaucti aeris saltem obscuritas ex nu-
bibus pluuiis cum frigore et vento ex Saturni cum Sole et Mercurio co-
gnoscendo. Sole et magis in crastino sperandum est Circa Egidij et paulo
post horum accidens accidere poterit et simile quippiam ex quadra-
tura Solis et Mercurij cum Luna Die dominico et circa pluuiam cum
frigore imminens aspectio planetarum cum Luna et venus Scorpionem ingredi-
ens aliquot diebus pollicetur. admixtam nubium densitatem mul-
titudinem cui cooperabitur Saturni cum Marte per quadraturam
aspectio etc.

Autumnus ex Venere et Joue suis significatoribus caliditas moderataque humiditatis indicatur. Mars etiam in eius dispositione non contemnendam habet partem. Unde eius cum Joue congressus in signo equinoctij autumnalis, tempestatem sepius concitabit, in ventis et nubibus ab occidente eleuatis. et in locis calidioribus natura tonitrua cum coruscacionibus horrendis percipientur plurimi, in nostris autem luctaciones ventorum, plerumque terra aerem obscurabit et frigiditates faciet senex Saturnus, ad quartum Solis aspectum accedens. et in processu humidior apparebit ex loco Martis et Mercurij. et alijs particularibus causis

Plena luna septembris Die Natalis dive Virginis hora 8 minuto 2 noctis sequentis ex Venere et Joue temperiem qualitatum promittit cum humiditate tempori congrua Saturnus tamen plerisque dominij frigiditate matutina et nubibus pluuiam minantibus aera turbabit **Dies** Eodem die et magis in crastino Mercurius concitabit aerem mutatione signi et radiatione opposita ad lunam. unde humiditatem plerisque afferre poterit. Saturnus autem Stacionarius aliquot diebus hijs, nubila inducet non exigua et forte cum pluuia attestante Marte feria quinta et in crastino Crucis Sol mutatione signi perueniens ad stellas nebulosas in quarto Lune aspectu adminus nubes cum frigore pollicetur aliquot diebus feria sexta cum pluuia magis aut sabbato ex opposito Saturni ad Lunam et quadratura eiusdem cum Mercurio Circa festum Mathei ante et post Jupiter cum Marte congressus in loco ventorum impetum aeris et luctantes ventos. alicubi cum humiditate adducet poteritque eiusmodi dispositio aliquo tempore perseuerare, interpolatis viribus:

Noua luna octobris Sabbato ante Stanislai hora 5 minuto 29. ex Saturno et Venere partem rigidus plerumque humidus indicatur Sed in ea sperande sunt sepius mutationes aeris qualitates ad hec enim Jupiter Mars et Mercurius disponunt locis suis et applicacionibus. nec etiam calor deficiet temporibus certis **Dies** Eodem die flatus ventorum aliquanto tempore durantes ex congressu Jouis cum Mercurio feria sexta et circa pluuiam aut nubes cursitantes videbimus ex Mercurio et Marte in Scorpionem intrantibus. et cum luna congressis, durabit hec dispositio aliquot diebus Die autem Michaelis cum frigore aeris propter Saturnum cum Sole afflictum

aut saltem nubes grossi aera occupabunt Die sabbato nubilositas cum frigore, et die dominico poterit pluere ex quadraturis planetarum ad lunam. reliqui dies temperatiores in calore et claritate transibunt

Plena luna octobris Sabbato in profesto Dionisij hora 10 minuto 9. ex Saturno frigidior apparebit. et a principio ab humiditate non vacua nam Mars cum Scorpione in orizonte sistit gradum. postea temperies cum calore apparebit **Dies** Eodem die Jupiter cum Luna adminus nebulam demittet Diebus autem sequentibus Mars et Mercurius lune circa pleiades oppositi pluere facient. alium Jupiter eidem attestatur disposicioni scorpionem contingens, et gradus solis Die Calixti adminus obscuritas aeris apparebit vel nubes humide ex opposito Saturni ad lunam Sabbato die Galli attestatur Juppiter cum Sole pro turbulentia et inquieto aere, plerasque terra loca pluuia suscipient ex quadraturis planetarum cum luna. postea condicioni temporis celum fauebit, nisi circa finem mensis Mercurius stacionarius turbaret aera.

Noua luna nouembris que partem Solis adumbrabit erit dominico die in festo Seuerini hora 13 minuto 31. Sole iam occasum petente in sua dispositione ad calorem declinabit tempori conuenientem. humiditate tamen a principio. et frigore interdum aera turbando **Dies** Eodem die, nocte precipue nubes ab occidente eleuabuntur illature pluuiam ex applicacione lune ad Martem. et Mercurium in signo aqueo. et gradum Solis feria quarta ante Simonis Mars Mercurio iunctus in loco humido adminus nubilositatem aut aerem humidum efficere contendet In crastino similis dispositio vel forte cum maiori humiditate et frigore apparere poterit ex coniunctione Lune cum Saturno et Venere signum mutante, reliqui dies ferme similem dispositionem seruabunt cum rigiditate aeris

Plena luna nouembris que in umbra non paruo delitescet tempore, erit dominico die in festo Leonardi. incipiet apparere in medio ferme hore post occasum Solis. Medium vero hora secunda et paulo post. exitus autem totalis hora quarta noctis, effectus ipsius in anni sequentis principio apparebit. qui et si vim suam in bestias usus domesti

effundet nihillominus et hominum corpa affiriet · brevibus ideirco nunc eius fata depromam Venus domina eclipsis in domo Saturni decumbens et ad congressum Marcis humiditatem nivalem hoc mense promittet cum frigore Mulieribus que voluptatibus dedite sunt una cum Marte egritudines influet · contencionibus · contrarietate inimiciis ceterisque dolis et molestijs turbando genus humanum · nam Luna ad oppositum Martis applicat post eclipsim · Magnam quoque impudiciciam et veneris actus illegitimos portendit · occasionem futurorum morborum et quasi renovacionis eorum que iam dudum infestant genus humanum · Transibit hec non minus aperta · nam venus fortuna est Jovis quoque radijs bene exposita · sed reliqua huius negocij examinacio · in posterum servanda venit

Dies Eodem die et post gradus Solis puteales et Luna pleiadibus coniuncta · in aspectu Jovis Martis et Mercurij · admiranus nubium excessum cum frigiditate portendunt · plerasque tamen loca humiditatem percipient hyemalem Cooperabitur huic alteracioni Martis aspectu signum mutante In profesto Martini quia Saturnus et Venus opponuntur Lune in mansione humida et sol est in gradu putei nubium grossarum apparebit elevacio et rigor aeris plerisque etiam locis gelu intendetur cum rigido flatu ventorum vel humiditate propter Mercurium stantem usque post diem Bricij ubi tandem alteracio ad aurea quietiorem apparebit feria quinta et in crastino quadrature Saturni et veneris ad Lunam poterint infrigidare aerem aut nivem demittere Die Elisabeth et circa Venus iuncta Saturno et Mercurius Lune rigiditatem promittunt aeris vel nubibus nivosis aera occupabunt et tandem demittent

Noua luna decembris

Feria tercia die Cecilie hora 16 Minuto 19 · ex Jove suo significatore et Marte adusto ascendente temperiei favere deberet pro condicione locorum et temporis Saturnus tamen particeps eius etiam Luna post coniunctionem corporaliter applicat · cum Venere congressus in suo domicilio frigore aera constringet horrido et nives producet :

Dies Eodem die ut circa disturbium aeris comitabitur cum rigore ex precedenti planetarum configuracione et signis frigidis et humidis In crastino Clementis prope ad noctem intendetur gelu alijs ninget ex Saturno et Venere cum Luna coniunctis in mansione humida Similis disposicio die Catherine ex eadem causa Dominica adventus et diebus proximis quia Mars ingetur Soli claritatem promittet cum temperie Sed quia est nu-

sio humida · gradus in quo coniuncti puteales et aliorum planetarum contraria disposicio ideirco plerisque frigora parum minuet aut nivem demittet Post diem Andree feria sexta et sabbato poterit alterari aer ad minores qualitates ubi casus nivis expectabimus aut nubium transitus ex Jove et Venere Lune in puteali gradu configuratis Mercurius quoque signum mutat et Jupiter Lune opponitur:

Hijemis qualitas et disposicio ut ex ingressu solis in Capricornum figuraque luminarium opposicionalis immediate precedente deprehendi poterit propter Jovem igitur et Mercurium eius dominos et Saturnum quoniam participem sed magnarum virium planetam in utraque figura · nubilositatem cum humiditate nivali et rigore aeris portendit Quoniam primi significatores in utraque figura calida occupant signa · precipue loca principalia pro maiori parte calida existunt nihilominus quia Saturnus eos brevi in sua domo exceptaturus est · eorum ideirco opera utetur per vote quia de se horrido et perseverante perstringet frigore · plurimum ventibus noriturus nubibusque sepius aerem adumbrabit · accedit huic testimonio · latitudo Saturni et Mercurij meridiana

plena luna decembris

Die Nicolai hora 16 Minuto 26 ex Jove et Marte temperiei favere deberet · sed loca eorum et Saturnus interdum humiditate nivali nubibus obscuris et gelu temperamentum inficiet horum

Dies In crastino Nicolai et post Saturnus Lune oppositus in mansione humida et gradus Solis augebit gelu aut nubium obscuritatem nivem minantem Die dominico venus stans et planete in gradibus putei nivis casum portendunt Die Sancte Lucie plerisque gelu intendetur aut rigor ex nive · ex mutacione solis in signum et quadraturis ad Lunam · Sabbato nivis casus aut nubium involucris apparebit · ex locis Lune et Marte aliud signum petente et alijs applicacionibus · —

Noua Luna Januarij

Die thome Apostoli hora 11 Minuto 12 noctis sequentis propter Saturnum et Mercurium frigore non mediocri exasperabit **Dies** In crastino thome et diebus alijs ante et post Mercurius Capricornum ingrediens et coniunctiones planetarum fere omnium in mansione humida alijs intendetur frigus alijs turbabitur aer humiditate hyemali frigida quod sperandum est magis feria sexta et sabbato ante nativitatem domini ex coniunctione Martis cum Mercurio et Saturno cum Venere Die Innocentum intensio aut nubium ascensus cum rigore plerisque tamen ninget ex quadratura · Magis ante die Silvestri etc.

De fertilitate et caristia rerum victualium

Varia astrologie sapientum est sententia indicandi annone gravitatem aut levitatem. que varietas ex eo provenit quod contigit eorum locorum sunt de generali specie. scilicet contingit multis terris et pluribus annis. contigit vero de particulari que scilicet aliquo certo anno occurrit alicuique particulari loco. hoc igitur altero pacto dico quod annone frumenti et aliarum rerum ex terra nascentium mediocris erit caristia neque nimia fertilitatem ex eis percipient agricole effectus namque eclipsis Solis anno transacto visi non modicum impedimenti faciet eo quod facta sit prope signum estivi solsticii et a parte oriente. quod autem ex principali corruptionem in fructibus sementorum plantarumque terre dum colligi et servari debeant pronosticat. testificatur hoc duorum ponderosorum Saturni scilicet et Jovis cum et veneris in figuris cum detrimentum et si eorum sedes Lune venerisque cum Saturno benigna radiatio plurimum sublunare contendat caristiam bonam et ubertatem. dicit tamen parte in secunda regressione impeditus destructionem fructuum et Hali multa et damna significat. cum sol Luna post preventionem applicans testificatur. Nascitur autem plures herbarum incolumitatem in principio ortus sementorum cum configuratione quam habet Luna ad infortunas unde nec fruges bene crescunt ferarum. Rariores eciam tempestates que in Junio et tempore messis contingent in fructibus sequentur destructio. generalis item anni qualitas non promovebit ad fertilitatem. is annus ne status contigit terris futurus est. propter effectum eclipsis superioribus ceteris vero fecundior. At specialem quo unumquodque genus frugum disponatur astrologi accipiunt ex ea proportione duorum planetarum super tali genere fructuum dominantium quam ad se invicem habent et ad ascendens anni et hac quidem partem seu sortem vocaverunt. iuxta quas status specialis sic disponetur **Triticum** nec fertile nec preciosum erit quia pars eius in utraque figura in radios infortunarum cadit. poterat tamen caristiam habere mediocrem eo quod radiis benignis veneris aspicitur. que quia combusta est et quarto Martis loco fallax eius caristia erit et infertilis. Et quia Mercurius partis dominus extra dignitates repertus et adustione retrogradacione quoque prepeditus reperitur. quapropter precium eius vilescit. vel mediocre tenebit **Siligo** competenter crescet sed non omnino fertiliter nam et si pars eius cadit in undecima in radios fortunarum pro parte tamen plures radios infortunatos suscepit et eius dispositor Mars in suo casu destructionem eius in parte promittit et precium competens. postea levius **Ordeum** maiorem ubertatem promittit eo quod pars ipsius in quartam cadens veneris Lune et Martis benignis illustratur radiis. precium eius vix ascendet propter Mercurii infortunium. Idem et Avene status **Pise et fabe** fertilitas apparere deberet quia sors ipsius in septimam cadens trino Solis veneris Lune et Mercurii illustratur radiis. eius tamen significatoris Jovis scilicet imbecillitas in parte detrimentum minatur et precii diminutionem in maiori parte anni **Mel** secundum partem suam cadit in domum decimam in trinum Jovis retrogradi radiorum. cuius dispositor Saturnus ipse in sua dignitate domo scilicet altera bonum occupavit octave. et propter ea partim bene partim male disponetur in quibusdam enim locis bene in quibusdam peius. precium tamen eius ascendere videbitur. et in reputacione habebitur maiori Idem est de Millio **Vinum** in mediocritate consistet crescens eo quod pars ipsius in quartam cecidit sed eius dispositor et radiis Solis adustus et retrogradus invenitur. unde et tempestatibus inficietur in maiori parte. reliquum bene maturabitur et precium eius mediocre erit. quinimo vices celi portendunt.

De pace et bello Capitulum septimum

Lites et bella in hoc inferiori mundo ex celestium corporum dispositione veniunt dinoscuntur Corpora namque humana illorum influxu alterata nunc mansuetudine nunc vehementia passionum laborant. accedentibus eciam ad hoc inferioribus causis que tamen ex celestibus quodamparte pendere videntur. Inter has tamen que a celestibus accipiuntur causis. precipua ex Marte eveniunt. hic namque sanguinem in hominibus accendit spiritus in iram et discordiam concitat cupiditatemque habendi ac cetera eius generis ad bella dispensativa movere non cessat. hoc vero efficere solet acrius cum dominio eminenciam anni potitus fuerit. Quapropter et nunc hic ab armorum strepitu haud immunis apparebit. Is namque belliger Mars ex locis que in revolucione obtinuit anni percussiones et vulnera in corporibus cum effusione sanguinis portendit. depredaciones denique furta tam occulta quam manifesta in populo committentur plurima. et propter eius cum Mercurio receptionem mutuam castre hec nepharia committentur et insidiose. Movebuntur eciam bella aperta contra leges eo quod Mars in intrinsicali Jovis exaltacionem occupat et ad oppositum Saturni domus none et decime graditur. et quia Saturnus in opposito volutatur in domo propria fortis et in exaltacione Martis. resistent hii quibus bella mota fuerint potenter. sinisque adversariis nocere pluries poterint nisi desidia vincerentur Sed quia Saturnus dominus anni in duodecima potens et salvus reperitur secundum sentenciam Hali. quiescere hostes gaudent et hec mala removere conabuntur

anni

Quod fieri posse non hesitarem nisi accessisset maior pars Martis cum
effectu eclipsis Solaris anni preteriti, in qua in angulo superiori triplicitate
et termino potitur. locumque eclipticum exagona et horoscopum tetragona ra
diatione ex alioribus locis undecima scilicet et decima illustrat. quisque super
locum luminaris et Saturnum Jovem subterraneos elevatus. altero eorum
retrocedente. Mercurium etiam denique loci ecliptici sextili excepit radio. Ex
hijs itaque concitabuntur contentiones et bella inter potentes et divites cum
magna elatione et perfidia animi. erunt etiam in hominibus timores et
rumores terribiles. cum malo attestatur Saturnus orientalis in opposito ra
dij retrogradus qui ut ait albumasar: multam hominum conturbationem dissipationem
bonorum ostendit et damna in rebus hereditarijs in contentionibus et bellis
Et quia Mars se se retulit in regiam erunt domini prauum suis subditis et
non habebunt pietatem et iustitiam erga illos sed auferent eorum mercedem
et exactionibus opera eorum minuent. faciet etiam dicta eclipsis magnam
mutationem in moribus adolescentum et rebellionem cum inobedientia. eo quod
in domo Mercurij et prope solsticium estivum facta sit. et quia Mercurius
equidistat Cancro. timeant ut ait albumasar adolescentes mortem ex corruptione
aeris. sed Martis potestas plures videbuntur gladio quam morbis succumbere
Reges etiam principes ceterique propter Saturnum retrogradum. Martique dominio decime
terme radio affectum statum aliquando difficilem et adversitates habebunt ex
eiusmodi commotionibus bellorum. At Mars sanguinolentus Turcorum et Tartarorum
pro parte stratorum et loco et [illegible] sublimis audaciam animi et crudelitatem
ipsorum premonstrat. Signum quoque eorum finis cum suo detrimento idem portendit
quare de re timendum est ne quippiam mali molientur. idem suspicandum
est de reliquis qui Marte utuntur significatore. Magis autem a primo
tempore estatis et autumni toto hec mala cauenda sunt. quoniam et reliquo
tempore plures discordie cum incursiones peculiares conspicientur. et cum
septem permanebunt Marte discurrente per signum eclipsis et ascendentis a
in hijs locis precipue que Geminis Cancro Arieti et Sagittario subsunt
Sed nos supplicemus optimo deo ut ab hijs malis sua potestas protegat nos.

De salute et infirmitate animantium

Cum contemplor sydera que animantibus salutem morbosve pollicen
tur non video periculum generale uniuerso orbi imminere. Veruntamen
egritudines que Saturni et Martis influxum sequuntur, plurimum et

communia nisi contentionibus et amorum turbationes insidijs. egritudines in
super causant acutas et mortiferas et maxime in autumno ubi etiam habet
medicina pro honoribus exaltationes summe fortune et amicicia amplificandis. In
hyeme lesiones dabit erunt [illegible] Mulieres quoque eorum pregnantes in prole
non nimium felices erunt

De Mineris

Aurum fere toto hoc anno precium tenebit solitum parum alterita
te intercepta eius operarij in vere certi quidem sed grauitates multas per
ferrent. etiam vite pericula. et maiori forsan in hyeme nocumento affi
cientur **Argentum** in vere bene disponitur. in estate minus
In autumno et hyeme medium tenebit valorem. multosque suo labore
occupabit cum lucro et commodo. precium eius medium tenebit
Plumbum toto anno resecuritatem promittit et pessimam condicionem
operarij eius sperabuntur in eo. pericula tamen cuilibet varia
Stannum in vere statum habebit depressum in estate meliorabitur
eius conditio et in autumno iterum decidet et in hyeme suos opera
rios spe inani illudet
Ferri minera In vere et autumno non felicem habebit statum
alijs quartis meliorem eius laboratores egritudinibus vexabuntur
Lazurium tempore veris pulcram habebit ostentationem sed in esta
te fructuosum commodum suis operarijs et gaudia addet. felix
in autumno In hyeme paulatim diminuetur eius estimatio :-
Argentum vivum et omnes minere que alchimicis in
seruiunt operi in vere non bene disponentur propter impedimenta
Mercurij. reliquis anni quartis melius. precioque maiori estimabitur

Istud erat secundum iudicium [illegible] labor

Tabulas Eclypsium [illegible] [illegible]

Electiones pro diebus quibus venam incidere medicinas sumere Balneari semina terre mandare plantas inserere, pueros ablactare conueniat ad annum domini 1519 qui est tercius post bissextilem

Cuius anni aureus numerus 19 Ciclus Solaris 16 Littera dominicalis B Indictio 7 Internallum 10 hebdomade et unus dies. festa mobilia his celebrabuntur locis

Septuagesima	Die	20 februarij	Sillaba	ge tue pe teum
Quadragesima		13 Marcij		go ri o cie ger
Pascha		24 Aprilis		oz mar ri qz vi
Rogationes		29 Maij		De cris pan Nir
pentecoste		12 Junij		ter an ton vi te

Aduentus autem domini 27 Nouembris in illa sillaba Ri na sed Andr

De coniunctionibus et oppositionibus luminarium. ~

Quoniam memorate electiones dierum precipuam vim sortiuntur ex aspectionibus luminarium inter se et planetarum ad ipsam Lunam que ob similitudinem quam cum corporibus habet plurimum eis dominatur. et fortius quoniam propinquior nobis est agit. eadem premittuntur tempora quibus cum Sole applicabitur

		H	M	H	M
		Meridiei		horarij	
Coniunctio Januarij	Die Circumcisionis domini	21	2	16	58
Oppositio Januarij	Sabbato ante Marcelli	11	13	6	50
Coniunctio februarij	Dominico ante Purificationis	7	6	2	20
Oppositio februarij	feria sexta Die Valentini	6	2	1	6
Coniunctio Marcij	feria tercia Sexagesime	16	46	11	7
Oppositio Marcij	feria quarta ante Gertrudis	23	10	17	3
Coniunctio Aprilis	feria quarta ante Letare	2	28	20	23
Oppositio Aprilis	feria quinta in Die Tiburcij	13	39	6	38
Coniunctio Maij	Die Vitalis Martiris	12	36	5	11
Oppositio Maij	Sabbato in profesto Zophie	1	31	17	47
Coniunctio Junij	Sabbato in profesto Rogationum	23	43	15	44
Oppositio Junij	Dominico die penthecostes	10	43	2	39
Coniunctio Julij	Dominico infra octavas Corporis Cristi	12	12	4	10
Oppositio Julij	In profesto Margarethe	18	43	10	56
Coniunctio Augusti	feria tercia die S. Anne	2	22	16	53
Oppositio Augusti	feria sexta die S. Laurencij	2	14	19	6
Coniunctio Septembris	feria quinta in crastino Bartholomei	17	31	10	50
Oppositio Septembris	Die Natalis diue virginis	10	10	4	2
Coniunctio ~~No~~ Octobris	Sabbato ante Stanislai	11	12	9	29
Oppositio ~~No~~ Octobris	Sabbato in profesto Dionisij	19	27	14	9
Coniunctio Nouembris	Die dominico in festo Seuerini	4	21	13	31
Oppositio Nouembris	Dominico Die S. Leonardi	6	46	2	16
Coniunctio Decembris	feria tercia Die Cecilie	20	26	16	19
Oppositio Decembris	Die Nicolai	20	22	16	26

Pro deiectione sanguinis tpa electa

Dies Januarij

feria tercia in octaua Innocentum meridiem versus optim tpus pro flebo-
tomandis Colericis iuuenibus preter ima pedum Pisces feria quinta in
die Epiphanie mediocris minucio flegmaticis sexe iuuenibus intacto capite
et venis eius Aries In octaua epiphanie mediocris Colericis iuuenilis et
virilis etatis preter pectoris partes Cancer Die Agnetis conueniens minucio
melancolicis pro virili et senili intactis lumbis Libra

Dies februarij

Die Blasij conueniens flebotomia flegmaticis iuuenibus illeso capite et venis
eius sitis et in crastino Aries Die Appolonie Scolastice mediocris pro Colericis
Juuenili et virili etate non moto pectore Cancer feria quinta in crastino Ju-
liane mediocris pro Melancolicis etate virili et senili illesis lumbis Libra
Dominica sexagesime optima senibus melancolicis illesis cruribus Aquarius

Dies Martij

feria quarta Cinerum mediocris quidem sz pocius differenda pro Colericis Ju-
uenilis et virilis etatis non moto pectore Cancer feria tercia in crastino Be-
nedicti optima minucio flegmaticis viris et senibus intactis coxis Sagittarius
Sabbato in crastino Annunciacionis elegans flebotomia Melancolicis senibus preter
crura et die festo poterit anticipari meridiem versus Aquarius Dominica
oculi mediocris minucio Colericis Senibus preter ima pedum Pisces

Dies Aprilis

feria quarta post Judica conueniens Melancolicis Juuenibus et viris inta-
ctis lumbis Libra feria sexta palmarum optima viris et senibus flegmaticis
Sagittarius Die festo pasche mediocris feria sexta elegans senibus Colericis
preter Zaphenas et imis pedum Pisces feria tercia eciam bona pro eisdem
sed capite semoto et venis eius Aries

Dies Maij

Sigismundi
Die festo ~~Crucis~~ versus meridiem mediocris et die crucis mane non inconueni-
ens iuuenibus Colericis preter pectoris partes Cancer feria tercia post Stani-
slai idonea minucio viris Melancolicis lumbis non motis Libra Dominica
die in festo Sophie at secuturis feria sexta flebotomari apte poterunt viri et senes
flegmatici ubi dilacionem non patitur tpus Coxis illesis Sagittarius feria quin-
ta et sexta ante Helene non nimium horrens minucio viris Melancolicis
preter Crura Aquarius feria sexta in crastino Helene optima flebotomia pro
senibus flegmaticis exceptis venis capitis Aries feria sexta Rogacionum
non contempnenda minucio Juuenibus Colericis intacto pectore Cancer

Dies Junij

feria sexta in crastino Bonifacij et feria tercia mane optim tpus minuen-
di sanguinem Juuenibus et viris Melancolicis intactis lumbis Libra Die
Viti idonea minucio viris et senibus Melancolicis cruribus illesis Aquarius

Sabbato post viti mediocris minucio viris et senibus Colericis non mota
Saphena Pisces

Dies Julij

Dominico die in crastino visitacionis circa meridiem et feria sexta mane ido-
nea flebotomia Juuenibus melancolicis lumbis non lesis Libra Sabbato
in octava visitacionis Marie conueniens minucio Juuenibus et viris flegma-
ticis preter coxas poterit fieri et die dominico longe ante meridiem Sagittarius
Die festo Margarethe elegans viris et senibus Melancolicis minucio preter
crura Aquarius Ab hoc tpe usque ad finem Caniculares secundum mediocrum senten-
tiam Magis Yporcatis flebotomia sicut et farmacie sunt moleste propter nimi-
um et ardentissimum calorem Solis at vero quia nostre regiones temperiores apparent
in calore conuenit sub hoc tpe accidente aliqua causa urgencia fleboto-
mia ideirco si cuipiam necessaria fuerit dies subinfertos custodiat ¶
In crastino Margarethe bona minucio viris et senibus ~~flegmaticis~~ Colericis illesis
pedibus Pisces Sabbato in profesto Alexij bona minucio flegmaticis preter
caput Aries

Dies Augusti

feria sexta in festo Marie niuis idonea minucio viris flegmaticis preter
coxas Sagittarius In vigilia assumpcionis die dominico sz optima minucio viris
et senibus flegmaticis exceptis venis capitis Aries Die Augustini bona mi-
nucio iuuenibus Melancolicis preter renes et lumbos Libra

Dies Septembris

Die Egidij bona minucio iuuenibus et viris flegmaticis preter coxas Sagi-
tarius Die Wenczeslai optima minucio Juuenibus flegmaticis circa coxis excepto
Et die Michaelis non inconueniens pro eisdem preter easdem Sagittarius

Dies octobris

feria sexta et melius feria tercia die Francisci elegans minucio pro virili
et melancolicis preter Crura Aquarius feria quinta sequenti idonea minucio
Colericis excepta Zaphena et imis pedum Pisces feria quinta ante Galli me-
diocris minucio Colericis etate virili et senili intacto pectore et venis eius Cancer
Die translacionis Alberti bona minucio pro senibus lumbis non motis Libra
In vigilia Simonis elegans Juuenibus flegmaticis preter Coxas Sagittarius

Dies nouembris

Die omnium Sanctorum idonea minucio pro Juuenibus et viris Colericis et in
crastino eorum illesis pedum imis et Saphena Pisces feria quinta optima pro
flegmaticis viris non moto capite et venis eius Aries In vigilia Martini
mane optima minucio viris et senibus Colericis preter partes pectoris Cancer
feria quinta ante Elisabeth elegans minucio senibus melancolicis illesis
lumbis et partibus eorum Libra In crastino Catherine elegans flebotomia
Juuenibus Melancolicis et dominica aduentus bona preter crura Aquarius :—

Dies decembris

Jn vigilia Conceptionis medicorum minucio pro viris et senibus preter pectoris partes Cancer Feria sexta post Lucie bona minucio pro senibus preter roxas Sagittarius Jn vigilia nativitatis Cristi idonea flebotomia Juvenibus Melancolicis exceptis tibijs Aquarius Die Natalis domini Die Stephani et Joannis apostoli domini optimum tempus flebotomie Juvenibus Colericis illesa saphena et plebus infimis pedis Pisces . .

Pro medicina sumenda dies electi

Quia Luna multum confert obestque in medicinis dandis nisi cursus eius recte advertatur. Notandi ideirco sunt dies quibus aptius et comodius sint sumende et in qua preparatione sint efformande ut melius operentur

Dies Januarij

Feria tercia post Circumcisionis conveniens tempus Coleram pillulis purgare ♓ Sabbato et dominico die potius gargarismo uti et ventrem solutum stringere convenit ♉ Jn octava Epiphanie iuvabit diacmaron in electuarijs ♎

Dies Februarij

Die Blasij Gargarismum vomitum suffumigium provocare proderit ♈ Die agate Gargarismus et stringere ventrem solutum proderit ♉ Feria sexta et tercia post Dorothee confortare naturam medicinis adversus Colera et Melancolia tempus idoneum ♊ Feria quinta in crastino Juliane Clistere proderit ♎ Sexta sabbato Clistere purgari Coleram prodest et suffumigio mederi ♏ Sabbato et die dominico post Mathie Medicinam naturam confortantem sumere proficuum est adversus Melancoliam ♒

Dies Martij

Dominico die Carnisprivij Medicinis confortare naturam idoneum tempus adversus flegma et Coleram nocentem ♊ Feria quarta Cinerum electuaria sumenda tempus haud incommodum ♎ Sabbato in crastino Gerdrudis Clistere. Sternutamenta et suffumigia ordinanda tempus opportunum ♏ Jn crastino Annunciationis Marie idonea dies confortandi naturam adversus coleram exuberantem et Melancoliam cum flegmate ♒ Dominica oculi et in crastino tempus idoneum sumendi pillulas ♓

Dies Aprilis

Dominica Letare pro digerenda Melancolia et feria sexta pro resolvendo flegmate et Colera temperanda idoneum tempus et comodissimum ♐ Feria tercia in Crastino Ambrosij electuarijs Colera purgare poteris ♎ Die Marci comode pillulis Coleram purgabis ♓

Dies Maij

Die Sigismundi diacmaron bona in electuarijs Die Crucis minus apta ♌ Feria tercia post Stanislai Clistere conveniens ♎ Feria quinta ante Helene digestivum flegmatis et Melancolie comode sumes et feria sexta sequenti pro digestione Colere tempus idoneum ♒ Die Urbani et in crastino provoca Gargarismum vomitum et ventrem solutum stringe ♉

Dies Junij

Feria quarta post Bonifacij oportunum tempus ponitur purgandi flegmata Melancolia et Coleram. Sternutamenta vero et suffumigia ministrabis ♏ Die Viti temperare Coleram aut dissolvere comode poteris. eciam et Melancoliam ♒ Feria sexta post Viti pillulis flegma purgabis opportune. idem in crastino facere poteris ♓ Die Joannis Baptiste naturam medicinis conforta adversus Melancolia et Coleram. Idem in Crastino efficies haud inconvenienter ♊

Dies Julij

Feria quarta in octava petri et in crastino idoneum tempus ponitur purgare flegmata et Coleram. Sed sternutatorium et suffumigium prebere cave Scorpio Die Margarethe virginis Medicinam naturam confortantem sumere proderit et Melancoliam digerere ♒ Jn crastino Margarethe pillulis Coleram purgare convenit ♓ Feria quarta ante Magdalene gargarismis veterem morbum curare et solutum ventrem stringere convenit ♉ Jn vigilia Magdalene digerere flegmata et Coleram alterare dies comodissima ♊ Sabbato ante Jacobi diacmaron in electuarijs exhibere comode poteris et Coleram lenire ♎ Die panthaleonis stringere lapidem alumen proderit. et in Crastino minime non inutile ♍

Dies Augusti

Jn vigilia Laurencij Medicina confortante naturam adversus Melancolia et Coleram pertinentem tempus aptissimum ♒ Jn Crastino Laurencij pro nocte pillulis uti non incommodum erit ♓ Die agapiti Confortare naturam medicinis poteris. Melancoliamque et coleram sopare ♊ Feria sexta ante Augustini comode stringere poteris alumen lapidem ♍ Feria tercia die Auchi et quarta strictum ventrem Clisteri lenire opportune convenit. Idem et ponens efficies ♏

Dies Septembris

Sabbato post Egidij digerere Melancolia et Coleram tempus idoneum ♑ Jn vigilia Natalis dive virginis ~~et in crastino~~ pillulis uti convenit et Melancoliam Cum colera evacuare ♓ Feria sexta die Jacincti. vomitum

gargarismis morbos curare et profluuium ventris stringere conuenit · Idem in crastino mane efficies conuenit ♉ Eadem die in vigilia sancti Crucis et sequentibus duobus Medicinis confortare natura aduersus flegmata atque Melancoliam opportunum erit ♊ feria sexta in vigilia Stanislai ponam farmaci sumes ♍

Dies octobris

Die francisci confortat medicinis naturam ♒ In crastino francisci et die sequenti quemuis humorem pillulis euacuare conuenit ✱ feria sexta in crastino Dionisij gargarismo uti et ventris profluuium sistere prodest ♉ feria tercia et quarta digestiua virtutem medicina iuuare opportunum aduersus omnium humorum ♊ feria quinta electuarium flegma atque Melancoliam purgabit commode ♋ Die Luce et in crastino laxare ventrem sistere facilius poteris ♍ Die Simonis et in crastino digestiuis utere ♑

Dies nouembris

Die omnium sanctorum et die Animarum pillulis flegmata facile euacuabis Itidem Melancoliam cum Colera ✱ feria quinta sequenti vomitu Coleram circiter Suffumigia et gargarismum ordina ♈ feria quarta ante Martini pro multis electuarijs Melancoliam atque Coleram purgantibus leniter euacuabis Cancer In crastino Catharine et die dominico conforta naturam et flegmata digerere oportunum et precipue Melancoliam Aquarius

Dies decembris

In vigilia Concepcionis electuario Melancolia euacuabis Cancer Die Natalis domini ad vesperam Die Stephani · et Die Joannis in pillulis optimum farmacum · pro euacuando quouis humore pisces feria sexta et in crastino die Siluestri scilicet pro gargarismis idoneum tempus · Et profluuium ventris sistere commode quispiam poterit ♉

Balneum quo tempore magis conueniat

In Januario

In vigilia Epiphanie Balneum bonum pro resoluendis grossioribus humoribus obmissis tamen ventosis ✱ feria tercia et quarta infra octauam Epiphanie mediocre balneum pro subtiliandis humoribus vel absque ventosis ♊ feria quinta aptum tempus Balneandi ♋ Sabbato die vincencij Balneum bonum cum ventosarione absque in lumbis ♎ feria tercia in crastino pauli electum balneum pro resoluendis humoribus grossis · ventosario satis bona exceptis coxis ♐

In februario

Die Blasij electum balneum pro resoluendis humoribus et pulcrificando corpore Itidem et die sequenti, cum ventosarione precipue flegmaticorum Aries Die appollonie et Scolastice balneum aptum, et ventosario cum inguenibus Cancer Sabbato sequenti electum tempus balnei pro flegmaticis absque ventosis feria quinta in crastino Juliane conuenit balneum cum ventosis Libra Sabbato septuagesime pro pulcrificando corpus et humoribus dissoluendis tempus optimum balneandi ♍ Sabbato sexagesime bonum satis Balneum etiam cum scarificando ventosarium Aquarius

In Marcio

feria quarta ante Gregorij aptum tempus pro balneo, et humectandis corporibus, ventosario quoque non incommoueniens Colericis dempto pectore ♋ Sabbato in die Gregorij Balneum optimum precipue flegmaticis absque ventosarione Leo Sabbato in crastino Gerdrudis bonum tempus pro balneo et parti humorum subtiliacione · obmissis ventosis femoris dumtaxat · Scorpio Die Benedicti et in crastino optimum tempus balnei et resolucionis humorum grossorum et ventosario flegmaticorum conuenit, non incisis partibus corporis ♐ Sabbato dominice oculi mediocre balneum pro pulcrificando corpore, et ventosario pro Melancolicis · exceptis tibijs Aquarius

In Aprili

feria tercia et quarta post Ambrosij aptum Balneum pro humectando Sabbato dominice Judica optimum tempus balneo digerendis humoribus grossis

feria tercia et quarta idoneum Balneum subtiliacioni humorum et pulcrificacioni corporum, cum ventosis pro Melancolicis, preter nates

Sabbato pasche Congruum tempus balnei et cum ventosis absque crure pedum

In Maio

feria quinta in Crastino floriani Balneum aptum resolucioni superfluitatum et decoracioni corporis · absque ventosis Leo feria tercia et quarta post Stanislai idoneum balnei tempus pro subtiliandis humoribus · et ventose apte melancolicis preter nates ♎ feria quinta eciam balneum conueniens cum ventosis pro colericis, intacto femore ♍ feria sexta in crastino Helene optimum balneum et ventosario flegmaticis ♈ feria sexta Rogacionum optimum balneum cum ventosis pro Colericis preter pectoris partes, et pro decorandis membris Cancer

In iunio

In vigilia Assensionis domini optimum balneum pro flegmaticis absque ventosis ♌ feria sexta tercia quarta et quinta opportunum tempus balnei quauis de causa ♍ Sabbato post viti idoneum balnei tempus et cum ventosis intacta cruris parte ✱

In Julio

Feria sexta die Procopii bonum balneum pro decorando membrorum cum in ventosis ♎ Sexta feria apta haud inconveniens pro colericis ♏ Feria sexta et Sabbato optimum tempus pro resolvendo et subtiliando humorum cum in ventosis sed non corpore ♐ In crastino Margarethe aptum balneum in ventosis ♓ Sabbato sexte pro flegmaticis Sabbato in crastino Magdalene aptum decorando corporis cum in ventosis Cancer

In augusto

Die Petri vincula aptum tempus balneandi et ventosandi illesis naribus ♎ Sabbato itidem pro flegmaticis inutilis corporis ♐ Sabbato die Hyppoliti optimum balneum pro flegmaticis in ventosis ♈ Sabbato die Bernardi mediocre ♋ Feria sexta et tercia in vigilia Bartholomei optimum pro resolvenda superfluitate humorum absque ventosis et pro decorando ♌ Sabbato in festo Augustini mediocre Feria sexta pro decorando corporis et resolvendo humorum optime convenit Scorpio

In septembre

Die Egidij bonum balneum cum in ventosis non motis coxis ♐ Feria sexta mediocre In vigilia Natalis Marie idoneum pro decorando Sabbato die Lamperti bonum colericis ♋ Feria sexta proxima optimum pro decorando et resolvendo superfluitatum sexte et feria sexta, obmissis ventosis ♌ In vigilia Stanislai bonum pro colericis, pro decorando corpore obmissa ventosatione Scorpio

In octobre

In crastino Francisci pro decorando corpore et humectandis epitematis optimum balneum cum non ventosis ♓ Feria quinta ante Galli idoneum tempus balnei pro colericis cum non ventosis ♋ Feria sexta post Galli optimum balneum flegmaticis Sexte feria quinta non ventosis preter nates Libra In vigilia Simonis optimum balneum flegmaticis et qui grossis abundant humoribus, decoremque corporis optant Sagitarius

In novembre

Die animarum et sequenti die opportunum tempus balnei pro colericis et flegmaticis cum pro ventosis ♓ Feria quinta et in vigilia Martini optimum tempus balnei colericis cum in ventosis ♋ Sabbato pro flegmaticis optimum ♌ Feria quinta ante Elizabeth bonum balneum, et Sabbato die Elisabeth sexte. In crastino Catherine opportunum tempus balnei pro decore corporis ♒

In decembre

Feria quinta ante Barbare pro flegmaticis bonum ♈ In vigilia Conceptionis optimum pro decorando ♋ Sabbato post Lucie idoneum balneando pro decorando corporis ♏ In vigilia Natalis domini bonum balneum propter colericis ♒

Telos:—

Plantentur arbores aut vites et seminentur hos delige dies

Martij	5	10	12	22	26				Die
Aprilis	1	2	5	10	11	19	20	21	
Maij	3	2	8	14	19	25	30		
Septembris	3	12	14	30					
Octobris	2	10	13	18	19	28	29		

Pro celeri in altum crescentia plantarum, delige quadram primam coniunctionis, sed modicum fructus inde accipies. Pro fertili vero multiplicatione fructuum delige Lunam crescentem lumine, ut ante oppositionem et circa quadram ultimam, et semper sine ab aspectibus ♄ et ♂ infortunatis:—

His diebus commodius ablactare pueros convenient

Januarij	9	10	18	19	24		Die
Februarij	5	16	22				
Martij	2	5	12	22			
Aprilis	1	2	10	11	19	20	
Maij	8	9	14	25			
Junij	3	2	21	22			
Julij	2	10	19	20	30		
Augusti	4	8	15	16			
Septembris	3	11	12	21	22	30	
Octobris	2	10	18	19	28		
Novembris	5	15	16	22			
Decembris	2	3	12	30	31		

Hec brevibus perstringere fuit consilium

Ergo

Revolutiones annorum mundi multis accipiuntur modis

Pronosticon accidentium ex dispositione syderum anni domini Jhesu salvatoris humani generis 1520 per Magistrum Nicolaum de Shadek In studio celeberrime universitatis Cracovien editum

Mundus hic inferior / teste Aristotele contiguus est lationibus superioribus ut inde tota virtus eius gubernetur

Aristoteles

Prolocucio in opus iudicij sequentis

Deus omnium rerum pater, qui perpetua mundum racione gubernat: ipse cum eternus sit, ab eterno in sua mente dignissima omnium fiendarum rerum formas habuit, nihilque fieri voluit: quod non de interiori aula eius progrediatur: omnia namque inde ortum traxere suum. Eius igitur optimi maximi dei miro prorsus altoque stupendo munere mortalibus hominibus concessum est, ut tot siderum cursus, tot erraticum astrorum progressiones, Regressiones, Staciones, huc atque illuc deflexiones: et tam ingentium rerum ordine subalterno mensure: ad humana usque pervenirent noticiam: ut homo cuius animus ex excelsa peryt sedis, a bruttorum impeditatibus exoneratus, in superiores illas iucundissimas, et amenissimas domus: tot luminaribus distinctas, oculos atque animum induceret, illamque celestem amenitatem intuendo, tantum ac tam perfectum ordinem admiraretur: ubi cuncta certa racione atque ordine progressus faciunt suos. Hanc vero cognicionem mentibus humanis, ipsum celestem presidem omniumque rerum moderatorem, frustra inseruisse haud censendum est: verum ut homo ipse ventura prospiceret, eorumque bona deligeret, et noxia quaeque devitare posset. Ut eo fervencius amore suo quem ab eterno dilexit hominem implicaret, concessit et illi figuram erectam, os que sublime et sydera versus levatum dedit: ut sese terrenis infimisque non semper exercens, immensas celorum stellarumque magnitudines, et varios cursus, variosque effectus mirabili stupendoque ordine contemplaretur. Ita namque anime suum vultum altius elevans, in cognicionem mundi factoris surgeret contemplacionem. Quid enim animum hominis in maxima dei admiracionem certius duceret quam creata scientia que de omnibus sub Lunari globo motis alteratis genitis et corruptis celestes in causas tenuerit: cum in illis primordium consistat omnium, quandere cuncta inferioris mundi contenta certa racione atque ordine progressus faciunt suos, perinde atque ex orbium celestium motione planetarumque adinvicem congressu multiplici, certa infallibili, generacio et corrupcio eorum producuntur. Hec namque ut Auctoris est sententia, inferioris mundi regendi gubernandique indicium habet certum: qua benignus celi moderator mortalibus quibus fragili factus consortium accomodumque foret, haud ignotum fecit. Ad illius itaque gloriam sueque genitricis intemerate, ut quoque veri inclitis studij Cracoviensis celebrior crescat fama: celi contingencias ex planetarum figura ordine, et situ quos in eclipsibus et huius anni exordio habuerint, paucis ut imbecillitas fert ingenij aperiam ac in publicum pro commodo omnium depromam.

Anno domini 1520

Cap. primuz de magnis cõfiguracoib;

Magnas celi configuraciones Ptholomeus oim in arte iudiciaria princeps
quo ad effectuz particularium necnon gnaliuz quolz in anno extractos
via nali proonere iubet, nec abre particulares eni influxus cum sublimi-
oribus sequenter exaugentur interdum debilitantur, mutanturqz mo-
ventqz ab ipsis. Vt itaqz in prescripto pronostico recto progrediar ordine
huiusmodi vtes celoz configuraciones ante oia permittere constitui.
Ab orbe magno qui quartusdecimus incip nunc accessat anis huic quide
orbi Luna ac Leonis signo prefiritur. planeta aut cui dicti orbis
hoc anno singulare accomodatur dominiuz, est Saturnus cu Martis
societate, cuius almugie quam habet in Scorpione in nono decimo gdu
radix divisio. permitto insup revolucionem gdus coniunctoqz, gradus dilumin
que in sextuz Sagittarij gdm atqz 11 minuta motu pervenit profecto-
nali ad corpus Lune et sextilem Saturni atqz Veneris radiuz. Gradus aut
coniunctois Saturni et Jovis in principio arietis ante in 28 piscium g.
et 31 Mn in locum preteriminis anni incurrit. Revolucio aut gradus
coniunctois h et z in triplicitate aquea que nunc domino potitur suo
radix in. 15 g et 20 M Libre, Coniunctio aut duaz infortunaz ma[Jovis]
state in Cancro acta motu profectionali accidit in pm g. Sagittarij
in sextilem Saturni et qrtuz Martis atqz Mercurij radiuz. Nec transeunda
est silentio coniunctio mior h et z in Cancro nupe celebrata cuius
profectio in nonum Scorpij g atqz 28 M. directa est. postremo vero
ani presentis terminande sut configuraciones. Nam 20 Januarij Sa-
turno Mars in sue exaltacois g. coibit. Item 25 Maij Saturnus re-
gredientem quadrato et item 5 octobris diametro ferme in eodem
quo coierat gradu pulsabit. Ad hec Crementus Mavors dieb; 20 febru
et 6 Junij: Jovem in domo sua malis afficiet radijs. Luminarium
aut deliquia que ano retroacto proxime et alijs temporib; vidimus
hoc ano variam efficient virtutuz celestium corruptionem et satis molesta
nam omnes in deteriorem partem aclinat. quapropter peculiariter ipsaz
declaranda sut pronostica. passim et revolucioni annue commiscenda
prout sequentibus declarabitur capitulis generatim in [illegible]

Cap ij de Eclipsi Lunari anni preteriti

De hac aut primo loco transigamus, qz effectus suos sit cum ani princi-
pio adduxit. Et qm in tercia facie Tauri Luna deliquium passa est. Auctori-
tate Ptol. venus dna loci ecliptici investigabitur per testimonioz pluralitatz
essencialium, et quia septima occupavit domu cu Saturno: Jovem sextili
in quinta irradians. operabitur multa conubia hoim, cum honore atqz gau
dio, ex quibus forsan orientur magne altercaciones et litigia. nam Saturnus
effetes senes conubia querere incitabit, ac litigia in dotibus expolvendis
ex Jove in domo Martis in qrto celi dominio, in fine eclipsis: commonstrat
et inter maritos et vxores rixe et contenciones sepius orientur minaces.
Verum quia Mars suam qz virtutem pdictis immiscuit et Lune opposito ap-
licat radio ex signo impudicicie, magnam lascivia concitabit mulieruz. et
quia sextam occupavit et gaudiuz morboz, multos preterea pessundabit
fedis morbis, gallicum iterum renovando malum. Amaricium qz lites ac ve-
nenatas mortes aget. Cuius aut loci ecliptici per eundem Martem opposito
radio infecti: ex homi membris, post aures, in collo, et gutture apostem-
mata apparebunt. et in membris inferiorib; male vlceraciones, potissim
ex adustis humoribus ad loca prefata defluentib; erunt. quantum vero
ad bella attinet non apparet quicqz ex primis dispositionib; eclipsis, verum
quia Mars eclipticum locum ex diametro infecit. non postrema sibi vlti-
tem vendicat, incolis habitantibus sub signo Tauri infestaciones, bella
et infirmitates civitatis permittit, presertim qz signum fixum in edificijs et
stabilibus rebus eversiones, depopulaciones, atqz incendia, cum et stelle fixe
in loco ecliptico naturam Martis imitantur. poterint et accidere talia ex
motu terre in locis huic malo apte. Cuius signum terrei et Saturno ex
ptis, aspectu diametro pulsanti, et ex hoc ipso qui Cancro ascendenti sz
in medio eclipsis et in fine in duodecima cadenti, subiecti sut, a saturni-
nis magna incomoda propre in victu et captivitatibus percipient, accedit
ad hoc quod ipse idem Saturnus volutatur in oppto signi Cancri in quo
anis retroacte celebrata est coniunctio superioz minacissima, quapropter timendum
est ipsis de magno dispendio bonoz, et casu consiliarioz ipsoz. In locis
aut que tercio decano Tauri subiacent in alibus domesticis et quibus v-
tuntur hoies p victu et labore. cadet mors, detrimentuz, et corrupcio. et in ve:

Hoc anno polonia maior post festum et [illegible] Michaelis, timore magno
[illegible] belli et a suis nobilibus magna [illegible] est incomoda que
[illegible] fuit in bello contra [illegible] [illegible] in prussia.

Instabilibus cu orivi apperint et colligi damna inferet ac detrimenta non
mediocria dabit, ex quo namque a parte orientis apparuit. acria ut inquit
ptholo. in arboribus, in crescente etate et alijs que in ortu convenerint creabit.
Loca itaque prim Tauro (Cancro) deinde Scorpioni, eclipsis sentient maliciam. et via
ptholo. in partibus nec europe inter meridiem et orientem constitutis quales suos
adducet effectus, quare provincie circa littora maris, asiam minorem versus
et que in Tauro parent imperio erit molesta. ex nobis aut prinqorabus
hibernia et que illi adiacent. polonia maior, Russia alba. et eos ascendente
et luminare eclipsati. prussia et multe alamanie basse partes. et item Valachia
Masovia et sclavi. non evadent malum. alij quidem cum profectu alij cum opere
Effectus post eclipsim iam patenter vires in partibus in suis membris reperiunt
Augmentum eorum in inicio Januarij et finis in medio februarij extinguetur

Cap. iij de eclipsi Solis in Scorpione visa

Precessit hanc de qua nunc diximus altera Solaris eclipsacio in perfido
Scorpij signo. in cuius medio Mars imperium accepit. tum quia loci dominus
(quia) est etiam Luna post Solis defectum illi iungetur. huic autem particeps se of-
fert Saturnus cum venere. quare ob perfidam Scorpij naturam nisi
malos effectus parere poterit. Nam Mars in domo contencionum cum Satur-
no domino medij celi sextiliter radiatus, et Mercurius retrocedens ad Solis ra-
dios. principes non mediocris condicionis et armorum ductores varijs casibus
affliget. precipue qui signo ecliptico subiecti sunt, in continua alteracione
ac armorum strepitu in multa fraude atque simulacione erunt. Jupiter autem
in sextam declinans. dies orcanes et in radijs Solis. propterea arguit prelatorum
mortem via veneni et pestilencialium egritudinum, et generaliter mini-
mis condicionis homines egritudines fortes et repentinas ac pestilentes pacien-
et intus dolores renales. ut lapidum generaciones in vijs ductum urine
ac in vesica cum excoriacionibus et ardore. Varie quoque hominum mutaciones
in moribus et eorum operacionibus ad malum apparebunt. Naute a tempesta-
tibus maris non erunt securi, nam ductoribus navium varia accident
infortunia. et ut testatur Geofor propter Martem in Scorpione erunt dolo-
res in oculis, et latronum multitudo diligetur et erunt absessiones viarum
in aquaticis presertim itineribus. Milites fallaces erunt et in malis operibus
sagacissimi, verum infortunati et suis superioribus rebelles. unde plurimi de-
bitas penas dabunt. Et aqua termarum et balneorum naturalium que languentibus
debita et salutaria solent afferre remedia. malam qualitatem ingenerabunt
Et quia Mercurius in eodem signo retrogradus Caude draconis iunctus operatur
ideo multi ex litteratis male afficientur. nam alij veneno alij pestilenti morte
peribunt. Regiones autem in quibus apparebunt effectus secundum ptholo. sunt respectu
Europe loca sita inter meridiem et occasum, ex nostris autem est germania,
Gallia, hispania, Russia, Valachia, Masovia. polonia utraque, partes asie mi-
noris et alie cum his participantibus et que primis locis thematis subiacent.
Tempora effectuum eclipsalium secundum auctoritatem modernorum sentencie ptholo-
mei tenentium et cum ipsis concordantibus incipient post principium mensis
Septembris anni currentis scilicet 1520. Incrementum vero suscipient in fi-
ne Aprilis anni 1521. Exspirabunt vero in Julio 1522. anni. Verum
Benignitas Jovis in signo dicte Eclipsis toto anno decurrens mitigabit pro
sua pietate malitiam currentium, imo et alterius Lunaris remollibit malum

Cap. iiij de domino anni currentis

Si quis Mesahalach sentencie adheserit. absque omni labore alterum lumi-
nare in dominum anni eliget. eo vero magis Solem cum in utraque figu-
ra preventionis scilicet ac revolucionis locum obsedit firmum. in una scilicet locum
medij celi. in altera succedentem ad angulum. utraque autem revolucio di-
urna est. Luna autem etsi angularis sit utraque in figura, tamen non est do-
mina temporis ubi Sol ipse. merito itaque reijcitur a dominio, nec propterea quod
passa est deliquium cuius effectus anno hoc apparebunt in dominum anni eligi
poterit, cum horoscopum detrimentum accidit etiam Soli, et item cum secundum ptholo.
Luminarium vires victrices sint, et in hec inferiora per ministerium pla-
netarum dispensantur. omne autem recipiens secundum naturam recipientis ut Azelos
inquit recipitur. conveniens est ut illis planetis quibus vires suas Lumina-
ria commiserint. maius dominium administracionis tribuamus. Luminaribus
Silvestri intensio gelida etiam in crastinum duratura ut nimis rarus
habundancior ex Coniunctione Saturni in Mercurio et aspectu Martis ad
venerem in mansione humida.

Acta absolutae sunt [illegible] hoc Anno repetitum fuerat bellum cum pruthenorum Magistro Alberto

Cives aptorum
Cives aptorum et domestici

Iudicium astronomicum
per Magistrum Nicolaum
de Shadek in studio Crac[oviensi]
congestum ac supputa-
tum ad annum
salutigere in-
carnationis
1521

Prolocutio

Apertum est omnibus, mundum hunc inferiorem ideo ut testatur Aristoteles esse contiguum lationibus superioribus: ut virtutem ab his facilius susciperet impressam. et ut ob diversam habitudinem celorum actiones in his reperiantur multipliciter inferioribus. vultus namque huius seculi subiecti sunt vultibus celestibus: ut a ptholomeo et ab omnibus sane phantasie proclamatum extitit. experientia quoque assidua circa vulgi mentem in horum veritatem solicite excitavit. ex accessu namque solis ad nos atque recessu vicissitudinum omnium alterationes sensus agnoscit iuxta cuiusque regionis capacitatem Nam cum phebus vel nostram ut borealem occupaverit plagam generationem animalium segetum arborumque facit omniumque vegetabilium. eandem vero corrumpit cum ad austrum ascendere ceperit. nam tunc flores et omnia virentia corrumpit et mortificat omnia autem hec gloriam celse maiestatis opificis celorum profitentur. ipsum ut in sacris legis Moses tradit. primum omnium celum fecit et in sublime suspendit quod claris distinxit luminibus sole scilicet atque Lune orbe fulgenti: et astrorum micantium splendentibus signis adornavit. quippe hoc pacto extendit celum sicut pellem atque librum ut nos mortales speciei eius venustati: opera manuum eius specularemur. et videremus opera maxima gloriosaque: sicut enim miro prorsus alicuique stupendo munere mortalibus concessum est ut tot syderum cursus tot examina astrorum progressiones tam ingeniorum rerum arduis subtilique mensure ad humanam usque pervenirent notitiam. eventus namque rerum quos suam ordis sacris terminus: mortes regum regnorum mutationes aque diluvia pestes ac mortalitates et id generis multa clementissimus in ore deus longe certe antequam veniat in celo descripsit. unde et ipse dum in humana carne nobiscum conversatus fuerat. appropinquante die supremo ad stellas oculos nos levare docuit. quare hec queso quare? nisi quod eas nobis in causas et signa futurorum ~~nobis~~ posuit. Quid itaque celorum fata Anno currenti 1521 inferioribus boni aut mali portenderent ad laudem astrorum fabricatoris. suaeque castissime semper virginis Marie et pro celeberrime universitatis studii Crac. fama amplianda necnon pro vulgi communis utilitate iuxta possibilitatem ingenioli pronosticon hoc ab experimentis antiquorum collectum duxi apparare pro cuius initio atque fine prospero auxilium dei excelsi imploro supcpliciter; et in nomine cuius propositum aggredior:

Cap. de magnis celi configuracionibus

Quoniam res est communem mor. ut universalis cause veluti fortiores
particularibus et debilibus preponantur ut preceptum ptholomei cavet. id-
circo magnas celi configuraciones et earum prefectiones premittam quibus
subsunt anni revoluciones et omnium planetarum radiaciones interea accidentes
Verum primo committitur orbis magni quattuordecimi nobisque fluentis
cui ex planetis Luna ex signis Leo preficitur Divisor eius seu planeta-
rum predicti orbis anno fluente singulare commodatur dominium est Jupiter
cum particeps Mercurij quippe gradus divisionis in xij scorpij gradu
reddit atque Mercurij terminum Premitto item revolucionem que coniunctionis
significantis diluvium que in sexto Capricorni gradu moto preeunte perfectionem
in trinum Veneris radium et ad oppositum Martis placitum Deinde Coniunctio
maxima Saturni atque Jovis in principio Arietis acta in 2X circulis gradibus
et corpus Lune et Capitis draconis revoluta est et quadrato Martis lesa
Gradus autem coniunctionis Saturni et Jovis in triplicitate aquea revolutus
in 18 gradu Libre radiat oppositum Lune et Martis quadratos effugiens radi-
os Coniunctio autem ♄ et ♂ media circa memoria in Cancro acta
in primum Capricorni gradum atque ascendens dicte coniunctionis oppositum aut
Martis placitum Ab ascendente autem eius coniunctionis signum et pre gradum
occupavit Martis presentia infestus satis timorose. Coniunctio autem Satur-
ni et Jovis continuativa triplicitatis aquee que et minor dicitur revolu-
ta est in 10 gradu Sagittarij eidem et ab ascendente suo in corpus Jovis
Adhuc eclipsium duarum anis retroactis visarum hoc anno effectus augebuntur
et ambarum quidem Solarium unius 1513 in piscibus alterius 1518
in geminis ante quarum effectus exprimunt ad sensum de quibus anno eclipsis
generatim diximus et nunc suis locis applicabimus. Anno vero presenti
x aprilis accidet eclipsis solis etiam an et nostris oculis aliquid eius con-
spicabitur hesito vero in calculo id deprehenditur aut non hic demum
eius portentum cum in recto signo agitur in publicum edam ut scripsum
quisque premuniri possit. Preterea toties hic ferme annus malivolas
planetarum multiplicabit radiaciones que et si quottidiane sint in quo
continue non exigua bonorum partem in qua ulla alia presagis auffe-
rent. Ad ultimum omnium planetarum configuraciones hora introitus Solis in V
et sexte hora coniunctionum et opposicionum luminarium anno currenti fiendarum
ante oculos pono et de his dispositionem omnium eventuum pro posse enucleabo.

Cap. ij. de gubernatoribus anni huius

Obmissa declaracione opinionum de electione domini anni que satis vul-
gata est et sepenumero repetita More opinionis medie adversas contra-
riis in hac re procedam dominium scilicet anni ex figura introitali et domi-
num elementorum ex preventionali servata proporcione investigando
Idcirco labente anno alma Venus erit domina anni eiusque atque regi-
na Ipsa namque pluralitate testimoniorum loci preventionis victrix reperta est
post Jovem et in revolucione annua hoc est in introitu Solis in principi-
um Arietis supra reliquos angulo septimo in signo sui dominij inside-
ret aliquis alter planeta et si dominia sua inhabitet suo situ illa superat
que autem eius sint fortitudines frustra hic accurate verberabo id dicendo
nisi cuius rei curiosus ipse celestem figuram oculis subijceret. Videbuntur
alij alijs convenientiores domini verum pariantur repulsam facile. Venus
vero nequaquam si hali. hermetis Bonati et aliorum sententie consentiemus
Jupiter autem et si eciam non contemnende virtutis invenit in situ medio debi-
lior est in in dies loci preventionis cuius in eius figura ponere loco
succedente scilicet ad ascendens obtinuit nullo alio angulari cedente. idcirco
ipse cum Marte dno ascendentis utriusque figure cui et utrumque lumina-
re attestatur sol scilicet fere trino et Luna quarto radijs. ipse vero mars
utriusque ascendens trino prospicit merito particeps asserendi sunt quibus
et elementorum gubernacio commendanda venit. Veneris itaque stella cum
Jovis societate principatum obtinens felicia promittit huius anni ipsa
felicissima rerum eventus. indeque letiriam voluptatem hominibus ingeret
ubereisque terrarum fructus ac pacis exoptas munera generatim affer-
re promittit Et magnarum coniunctionum prefectiones que deteriores sunt
particularibus regionibus minas minarint prout suo loco dicetur itidem
et eclipsium effectus verentur anni potestas medietas malivolos planetarum
radiaciones multiplicabit fere continue, que non exiguam bonorum partem
aufferent Jam itaque dominio Veneris Jovis ac martis amplificatoribus
hic annus moderabitur et a malis eventis ut fieri poterit defendetur

Cap. iij. de generali qualitate aeris

Auctore ptholomeo qualitates anni prima ex effectu cuiuscumque magne con-
figuracionis ut eclipsium eorum effectus suos devolutarum accipiende sunt
ut a causis vilibus. quibus coaptandi sunt planete in singulis quartis

dominantes Quia igitur orbis magnus Jovis divisionem suscepit et omnes
reliquae profectionis mansiones preparatas preter duas quae humidas obtinuerunt
planetarum calidorum et per partes plurimorum radiis opposite sunt hinc annum ad
fortem caliditatem et crescentes pluviarum tempestates declinare faciunt
terrestris interdum magnis ventorum flatibus et subitis imbribus. nam Jupi
ter in Marte in quorum fermo eis radiorum platem subarte sunt ad testa
ter et ex locis suis. quibus effectus eclipsim memoratarum non contrariam
est imo adiuvantur sunt inter menstruas alterationes dictae. Generatur
etiam ventos salutiferos interdum et validos. nec nimbos procellosos
tonitrua fulminumque deiectiones aliquando pluvias inundantes. etiam fer
das vocationes deducunt. quae quia difficillimum est determinare hi
benda est procul cum ratio regionum et locorum natura atque condicio
et singulares mensium qualitates in hoc generali descriptione conspiciantur

Cap. iiii de qualitate quartarum mensiumque anni

Hiems a principio anni Romani iuxta Alkindum propter Saturnum
Solem et duos inferiores qui in aquario existentes nimium dura significant
rationem verum Jupiter in suo domicilio orientalis et Mars in leone ad o
ratur, verum Jupiter in suo domicilio orientalis et Mars in leone ad
dentalitatis retrogradus propinquis temporis permittit in resolutionem hu
miditatis hiemis. a medio autem Januarii loca eorum maiori humiditati
brumali intrant. propterea quod tunc pars aeris in mansione humida et
frigida videtur in radiis malignis inferiorum in signis humidis versan
tium Martis sol in Cancro retrogrado. propter incrustans finis hiemis

Dies In profesto Conversionis domini et circa hoc tempus turbidus
et frigidus aer apparebit et diebus aliquibus ningit humide et nubes
involutae vento agitabunt. ex opposito Martis in Venere dum qua
dratura in mansione humida. cum Saturnus in Mercurio iunctus in
loco plus pluvie rigorem geludo addet nec parvo tempore duraturum, na
et sol tunc stellis nebulosis applicat. In crastino conversionis Mars in Mer
curio applicatur ventis agitabunt nubes nivosas et sol in puteo frigus addit

Noua luna februarii

Feria tertia post regum hora 8 mi
85 noctis sequentis in qua Saturnus in Venere dominatur qui sunt adver
sarii acuto pungente frigore et nubibus grossis interdum et humidis acrem
ingrossabunt. cum etiam attestatur congressus Solis in Saturno cum etiam luna
post coniunctionem applicat recepta. **Dies** A principio appario poste Solis sup
Saturnum rigescere faciet. et tenebrosas nubes involvet. dies tunc clarescent di

In calidioribus autem locis Mars Soli et Saturno oppositus in leone. resolvet nives
et calorem inducet per posse. Feria tertia in crastino Felicis et statim post Luna
pleiades contingens. venus pisces ingrediens et quadraturae tres ad lunam. aut
nubes grossas aut nivalem humiditatem deducent diurnus in horrido frigore
postea quietius aget celum claritate dierum frigora contemperando.

plena luna februarii

Feria tertia in profesto vincentii hora 5.
Mo 15. noctis sequentis. In qua idem domini opposti sunt et propter Martem
et Mercurium imo et venerem in locis humidis et frigidis. humiditatis hiemis
continuationem permittunt. eo propterea quod pars pluvie in eorum radiis et si in mansione
preparata vertitur. **Dies** Eodem die et postea pluribus. varietas aeris iam vento
iam humore hiemali turbabit et gelabit horride propter dictas causas fere
usque in quadram. a qua temperatior aer conspicietur aliter humidus in pro
pter Jovem Soli et veneri conspiciente locumque plus pluvie prelustrantem.
Circa diem Blasii Mercurius latitudinem mutans et Soli in puteo iunctus gelida
venti adducet nubes et nivem condensatam nec bene stabilis aer usque in a

Noua luna Martii

In crastino dorothee hora 18 Mo 39
cuius primi gubernatores Mercurius in Saturno frigore gelido minatur et humi
do. veneris tamen et Jovis loca claritatis dierum agunt quorum alteri Luna applicat
primum **Dies** primis diebus huius novilunii omni loco planetarum et aspectus
temperati faciunt dierum. A die autem appollonie Sol et venus mutant signa
et Luna cum parte pluvie in signo humido iungetur frenant tunc vento propter
Jovis in Mercurio radiatum verum et solis calor non deerit postea, Die
Circa luminaria circa stellas nebulosas quadrata. aliis intendet frigora
aliis nebulosum atque humidum portendunt. circa in diem sequentem prelando
Circa dominicam Invocavit Mercurii statio in directum continuitatem grandinis
vel saltem humiditatem spargit huius tunc hiis etiam attestatur locus lune
et veneris applicans atque Martis. postea admixtas dispergit nubes claritatem

plena luna Martii

In vigilia Cathedre petri hora 19 Mo
28 pulcra et clara in diebus suis ex Jove et venere cognoscitur. quamvis
ubique Mars in statione sua et signo aspectu. a principio plurimum vento plurium
humiditatis turbata permittit. quorum et pars aeris in eius radiis et locum
humidiorum decidit. usque post diem Mathie. postea clara et temperata p
sidet ex fortunarum benigna radiatione Feria sexta an oculi pulcra ap
parentia aeris ex Jove atque sole configurato. etiam cum Luna nisi in cra:

ſtitio Mars cu venere et luna in maſione humida humiditates adducent
cu vento ꝓpenſo. et horu aliquo die in locis calidis poterit tonare debilr
Et feria quarta poſt oculi vſq in coniunctione venus cu Mercurio mutat
ſignu varietatem faciens aeris nunc nubes nunc gelidam pluuia ꝯgentn

Veris initiu quod erit feria ſexta ante Letare et Jouis atq Mar
te ſuis dominis et locis calidis plus ad calorem declinabit. interq clar
ros ducunt dies. quos interdu venus ſaturno applicans frigide humecta
bit. et Saturnus qui tunc recuperat vires ſuas orientalitate nondu gelidas
noctes relinquet. Mediu veris ꝓpter multiplicatas quadraturas pluriu
deſtemperatam varia oſtendit diſpoſitionem. quapropter et ventis et humiditate
turbabitur et gelua admittet Finis inipſius aggreſſiter et ventis plu
bit et varia inconſtantia turbabit ꝓpter retrogradus duos et alia ſtella

Noua luna Aprilis feria ſexta ante Letare hora 8
Mto 42 noc. ſeq. in qua Jupiter cum Marte calidos et ſerenos ageret
dies pauca diſcraſia in initio turban ꝓpter loca inferiora Et die Gre
gorij aut gelida ut nubeculis ſolem adumbrabunt humidiores hiemale
ꝓpter Luna circa pleiades Saturni et Veneris affectum radijs Domin
Judica et ꝓximis diebus utrimq Saturnus veneri quadratus et ab v.
ideoq luna male affecta sol q in pecto humiditates gelidas portendunt
admixtus nubiu tranſitu groſſaru. verſus aut finem coniunctionis Jupiter
cu Mercurio ventis contendent diutius. alibi parumper humeſcit vel
nubes clenabuntur. et in certis locis tonare poterit aſſiſtante luna.

plena luna Aprilis Sabbato palmaru hora 11 Mto. ſexto
ꝓpter Martem vicinum. ad calorem et ſerenitatem diſponetur interdu geli
do et pauca humiditate interrecta Dies palmaru et ꝓximi no effugiet
frigus cu nubibus pluuijs. ut ſolem moleſtiam in aere effecturis Nam
venus pleiades occupat Mercurius ſignum mutat. Luna a Marte Lahim
tandem temperatum videbimus celi Die feſto paſche et circa. Luna male
affecta. Statio Jouis in retrogreſſionem atq Martis in aliud ſignum tranſitus
non uniformem teſtantur aerem. nunc nubes roride nunc ventus. nunc
tonitru erumpet cu nimbis. poſtea qualitas tempus apparebit benignior

Noua luna Maij Dominica quaſi modo paſche hora 12 Mto
42 et Marte atq Mercurio ſerenitatem promittit in progreſſu dieru, nam
ſigna occupat ignea. ſoli et ſibimutuo bene affecti. et quia ſub hor
tempore plures affectiones malignae opperiuntur ꝑ planetarum coniunctionem. non

deerunt tempeſtates horride nimbos grelloſos et fulmina interdu iacientes.

Dies feria ſcda et circa quum clarum quum nubes irrorantes terra apparebunt Nam Mercurius Tauru ingrediens inconſtans eſt et a ſole ſeparatur
Feria quinta ſequenti Sol mutans ſignum et domi coniunctionis inter ſe quarto
affecti alterationem facient variam nunc nubes nunc imbrem et tonitru ꝯtinu
vſq in ſabbatu fere et dominicam diem pluuioſa. Feria tercia et quinta tempe
ſtuoſus ventus pluuiam depellet et tonabit cu fulgure in locis aptis et ma
xime configuratione Martis cu Sole et alijs.

plena luna Maij Dominica die ante Alberti hora 2
Mto 22. et Jouis et Martis claritati fauebit vern interdu tempeſtuoſa
in ventis ꝓpter Jouem. gelidas quoq aget noctes et dies ꝓpter Saturnum ſoli
quadratum et duo inferiores humiditatem ſuo tempore concitabunt
Dies dominica ꝓpter Luna male affectam nubibus turbabitur et Sol circa
nebuloſus. Mercurius vero circa pleiades frigidam adducent pluuiam
pleraſq et grandinem. alijs diebus cum Saturnus aget gelidum et circa
diem Marci varium conſperabitur celum ꝓpter Mercurium et venerem et Satur
num. Feria ſcda poſt vitalis et circa Luna cum pluribus affecta radijs in ma
ſione humida pluuias promittit diutina hiemalis cum grandine tempeſtuoſa
poſt Philippi diebus ꝓximis Sol circa pleiades nubes groſſas et gelidas hu
atq illuc gelatam dimittentes eleuabit. Et die dominica Rogacionum venus
circa Alhabor et reliqua pluuias teſtantur ꝑ noctes cu inquietudine

Noua luna Junij feria ſcda Rogacionum hora 19 Mto 20
veneris atq Jouis parte diſpoſita ſerena atq calida proſpicitur. a princi
pio cu turbabitur varietate tempeſtuoſa et affectione ſuperiorum et ſecun
du parcialiu coniunctionu Dies A principio huius menſis aliquot dies
gelidi et obſcuri in parte pleriſq imbrem miniſtrabunt frigidi ut grandinem
ea cauſa ſunt retrocita. Die Stanislai turbabit venti ut tempeſtatem com
motuoſam concitabit Jupiter cu Mercurio lune iuncti alij cum malis venus ſoli
Feria ſcda die Serarij et ſequentibus nubiloſus Saturnus retrogradus efficit
et aerem ſemper frigidum cui vel lunaria aſſiſtantur locis ſuis et dies
Sophie no tranſibit abſq tempeſtate ex Joue atq Marte. poſtea quiuis
Dominica die pentecoſtes Mars in ſignis pluuioſis ſecte venus Mercurius
q Cancru ingrediens et alia ſunt pluuioſa ſpirant ſaltem in noctibus
ſudum et forte magis feria ſcda reſpectiuus erit. ꝓpter ſtellam Regel

Plena luna Junii feria tercia penthecostes hora 16 minuto 58 quam Mercurius gubernans ex loco suo et radiali situ ventis instabilem fortis et pluviosam in parte. **Dies** principium huius plene lune ex Mercurio in Cancro retrocedente nubes differet pluvias et aerem infrigidantes quam post aeris in loco humido constituitur. unde varietas conspicitur in quadratura oppositi in loco humido constitutus. unde varietas conspicitur in quadratura vero in esse in tetragono propter Solem applicationem Stelle Alhaiot. et duo inferiores aerem futurum Corporis domini non bene stabilem facient aerem nunc clarum nunc nubilosum et pluviosum. maxime cum eciam sol applicat stelle nebulose et Luna in mansione humida decurrat. In die Corporis domini estus et alibi tempestas oriuntur tonitrus. et die sequenti similiter propter Jovem oppositum Soli in signo aereo. et applicacionem Martis in Mercurio loco eius. Die dominico proximo nubes imbriferas orientur et alibi decident nam Luna iuxta pleiades Saturni et Veneris similiter pluviosorum male affecta est. et quia Mars mutat signum et Sol orioni iungitur splendere hec omnia oppositum in contrarium

Estas ventosa erit atque sicca maiori in parte ex Jove et Mercurio loco similiter locatis et quia Saturnus in Capricorno ascendens obtinens locum similiter locata tenentibus et quia Saturnus in Capricorno ascendens obtinens Mercurio coniunctus turbabit frigore interdum et imbribus. verum primum signum feratores quia septentrionalis sunt latitudinis Calorem debitum agent et siccitatem interdum ventos atque tempestates excitantes et imbres subitos concitant

Noua luna Julii feria tercia in profesto Bonifacii hora 1 minuto 55 nox sequente. Calorem parit atque estum propter Mercurium feratorem in corde leonis similiter. et propter loca calida pluviam similiter. verum finem versus Saturnus et idem feratores ventosis imbribus et frigore turbabunt **Dies** primi dies noviluni propter Saturnum in ascendente fortem et Mercurium Martis his frigiditatem. atque contrarie transibit estuoso oppositum in diem Barnabe ubi etiam Sol mutans signum nubes generat incommodas Circa festum vero variam conspirabitur aliquando atque ventum luctabitur imbrifer et tonitrus oppositum Jovis atque Mercurii in signis suis feratoris atque grando depellitur ex Saturno veneris atque Luna et Mercurii directione que dirutilit

Plena luna Julii feria quinta ante Natalem Joannis Baptiste hora sexta minuto 59 nox precedente. In qua Jupiter Mercurius atque Mars victores calorem ventum et aliquam tempestuosam portendunt cum imbre

Dies Circa minimum suis magna stella Alhabor estus parit et postea imbrem depellet validum eo quod Luna cum perplexione loco humido possessa

Die Joannis et in crastino estus tempestate minabitur nocturna ex Marte et sole et aliorum affectus ad lunam in mansione humida. feria quinta die Ladislai Jupiter in Marte et luminaria quadrata movebunt tempestatem quam poterit in crastinum et noctem differri. aut saltem estus coruscatio molestabimus. Diis dominicis paucas nubes sed imbriferas reddidunt. ex Luna apud pleiades Saturni et Veneris quadrato affecta. aliis hec omnia et maius in feria sexta et diem visitacionis splendetur in illis in processione etiam et Mercurius Cancrum ingreditur. sic in contrarium oppositum:

Noua luna Augusti feria quinta die Procopii hora 9 minuto 55 Jovem venerem ac saturnum dispositores sortita est et plures in signis igneis quapropter estatis qualitatem servabit pulveresque fulgebit diebus nisi retrogradatio veneris et Mercurii signum paucam alteritate turbaret **Dies** feria quinta ante Margarethe statio veneris et quadratura lune plerisque pluvie promittit aliis stellis nubes intercipient radios solares. aliis gemmis estus torrebit et die dominico et divisionis apostolorum loca humana et luna affecta radiis Jovis Martis et veneris tempestate contrariorum minantur. aliis diebus Mars in Mercurio ventullo refrigerabit

Plena luna Augusti feria sexta post Alexii hora 20 minuto 55 ex Jove duo suo in ascendente calida perspicimus interdum ventosa verum Saturnus in opposito solis et Mercurii refrigerium presagit in imbribus

Dies Die plenilunii Mercurius intrans leone nubes elevabit et in crastino Luna in mansione humida saturno iuncta et veneri opposita pluvias faciet saltem per noctem aut nubes molestabunt grosse Circa diem et post Magdalene Mars mutans signum et Mercurius latitudine ventum gestabit forte et post estum pluvias faciet subito propter locum lune humidum. Die Anne et proxime tempestas valida concitabitur. In versus noctem magis post tercentum estum propter congregacionem plurimum pluvias et rapidas vigorosa et in crastino non quiescent nubes imbrifere atque ventus propter Lunam feria tercia post pantaleonis venus iuncta Mercurio circa stellas nebulosas et Jovis directio vento nubes aut pluviam afferentis aliquanto tempore.

Noua luna Embolismi. feria sexta die Stephani pape hora 19 minuto 22 eius feratores in ascendente fortis calidam efficere volet et fervidam verum duo inferiores sub radiis inquietabunt.

Dies feria scda et tercia post stephani festu(m) Sol inter stellas nebulo-
sas et Mercurius mutans signum et Luna in mansione humida Marti
iuncta tempestatem pluvie portendunt cum vento. postea claritas cum calore
sed fer(ia) scda et die hipoliti ex varia configuracione planetarum inter se et cum
luna in mansione humida decurrente venti cum pluviis nubibus stantibus
parva tempestate erumpente In crastino assumpcionis adminus nubes imbrifere
mouebuntur cum refrigerio propter luna in mansione humida a saturno et
venere aspectam. sed forte transibit sola aura frigidiore quam cum [illegible]

plena luna Embolisimi Sabbato post assumpcionis
hora 9 min. x noc(tis) sequentis que ex Joue atque Mercurio ad [illegible]
tem verget et calorem post non fieri poterit **Dies** Dominico die [illegible]
plenilunium imbrosus adminus declinabit cum sol nubulosas stellas attingit
et luna mansione humida peragrat. vnde alicubi pluet modice. In vi-
gilia et die Bartholomei Mercurius intrans Libra et luna cerea plia-
des quadrata soli. et alia efficient pluvia et nubes disperse grossas
aliis granis [illegible] in die. noctem vsque turbabit Dies augustini et
in crastino ventus mouebit propter quadratura Jouis cum Sole et lunam
saturno oppositum et Veneri coniunctam in mansione humida

\+ **Noua luna septembris** In profesto Egidij hora 8 min. [illegible]
noc(tis) seq(uentis) ex Mercurio in signo ventoso. [illegible] et ventosa [illegible] cum calore
nam Jupiter princeps dominij cum Mercurio in radio decurrit beni[gn]e

Dies a feria incipiet ventulus cum nubibus disparentibus et pluet in
cantibus propter Martem ingredientem scorpione et alias applicaciones.
Feria scda in crastino Nativitatis frigidum ex nebula cum sol et alij [illegible]
[illegible] quam prius et luna in mansione humida quadrangulariter soli
In vigilia crucis et nocte pluet frigide. Sole mutante signum et propter
radios saturni et veneris in Luna et post pluuie in loco humido

plena luna septembre feria scda post exaltacionem S. Crucis
hora 21 min. 11 [illegible] dies [illegible] frigidi propter Saturnum in aspectu
[illegible] humidi et ventosi ex retrogressione Mercurij et veneris [illegible]

Dies primi dies huius plenilunij ventos gignabunt nubes pluuias
defferentes in frigida pluuia Nam sol nebulosis applicat stellis Mercu-
rius retrogressus in [illegible] veneris [illegible] feria quinta ante Mathei apostoli

\+ **Autumnus** in suis qualitatibus a Marte Joue atque Saturno disponitur
quadrans frigidus siccus atque ventosus erit nisi frigiditatem Jupiter in Marte
in signis suis [illegible] [illegible] permittet atque calore debito gratum reddet

Et in vigilia eiusdem aliqua disgrasia apparere poterit solem adumbras
propter lunam et venerem circa stellas nebulosas radiis affectas. Dominico
die et magis in crastino varium celum cum frigore et humiditate interrupta
propter quadratura lune in mansione humida et saturni trinum cum Sole
reliqui dies temperati Die venceslai et proximis Mercurius cum sole agita-
bit ventus cum die Michaelis venus virginem ingrediens addet pluuia

Noua luna octobris Die hieronimi hora o min. 20
noc(tis) seq(uentis) ex venere ad temperatum calorem cum humiditate declinabit In a
principio et circa frigore et nubibus grossis turbabitur propter stacione
Saturni ad directum et venerem mutantem signum quare pluet sepius
proximis diebus in frigore horrido Dominico die post francisci Mercurius
stans vento gelabit nubes et ingrossabit aera Feria quarta die dioni-
sij et proximis noctibus vicinis frigus gelans cum nebula matutina et clari-
tate diurna propter solem inter stellas nebulosas et Luna aspiciens porta
soli super saturnum accomodabitur hec disposicio et diebus sequentibus

plena luna octobris feria tercia in festo hedwigis hora
8 min. 32 noc(tis) sequentis ex Mercurio atque venere temperata inclinanda ve-
nit. vero Saturnus in quadrato solis frigidiorem efficit nisi Jupiter cum
Marte eam calefacerent **Dies** Die Galli propter aperciones magnas porte fri-
goris gelidum et sequenti die propter lunam circa pliades intemperies frigoris
et nubium precipue ex Marte signum mutante Reliqui dies temperatio-
res sed nubilosi. Feria tercia die Seueri et ante ventus rigidus nubes
pellet pluuiosas et in parte gelidas propter tres quadraturas et opposita [illegible]

Noua luna Nouembris feria sexta post Simonis hora 18
min. 40 Martem cum Saturno planetas distemperatos habet [illegible] cum [illegible]
plus vigebit qualitas Saturni eo quod feruorem Jouis corrumpet et si luna ap-
parit porta super solem. vnde a principio frigidior apparebit et humida
atque ventosa **Dies** a principio varius aer nunc nebula nunc humi-
ditatem gelatam interdum claritatem temperatam [illegible] in frigore dies [illegible]
et porta efficient aliquoties tempus durabit. Dominico post omnium sanctorum et pro-
ximis horrescit frigus et vento [illegible] rigido precipue [illegible] paulatim
Nam sol cum Marte [illegible] decurrit Luna mansione humida peragrans
in aspectu veneris et Saturni Mercurio quadrangulariter Circa diem [illegible]

omndi precipue feria quinta mane distemperie ex frigore nive et gelu pauluper durante eo q sol stellis nebulosis applicat in quadrato Lune Saturnus quadrato venerem lesit in mansione humida et ventosa

plena luna nouembris feria quinta in crastino Brun hora 19 Mto 21 cuius significatores vna et per spacium primitus vim gelidus Saturnus in ascendente gelabit horride **Dies** Eodem et post dies nebulositas frigida ex Luna circa pleiades Saturni et Mercurij radijs les Sequens dominus dies saturni per noctem turbabitur Mercurio mutante signum et ex affectione Luna a saturno et venere Die presentationis varietas conspirative ex quadratura ad Luna circa diem Clementis et post ventorum et aliqua humiditas facile resplendens protendit ex veneris signi mutante et coniunctione plurium planetarum sequentibus diebus usque in coniunctionem

Hiems Iouem atque Saturnum dispositores habet Saturnus in plus tempus coniunctis et potencia prevalet quapropter principium hiemis conplete ab hiis frigescet gelide et nubilabit nam fere omnes planete in domicilia Saturni transeunt quapropter continue aggelabit gelua acrem obnubilantes nivib

Noua luna decembris In vigilia Andree hora 13 Mto 21 noctis precedentis cuius dominus Iupiter frigora temperabit potissime ex coniunctione martis domicilis in sua exaltatione coniunctus, verum tamen alios tempus adversa

Dies In festo Andree et ante adveniunt nubes ingrauescentes minui buntur et hec atque alias depriment minimum propter dictas causas et Luna planetibus iunctam in mansione humida Die Barbare et postea amplius invalescit gelu nubilus et forte Mercurius mutans signum et Saturnus in quarto veneris spargent nivem ne cesserunt usque post nicolai durans in ventis gelidis feria sexta post Conceptionis et circa vigilii conflabit venti nivem allaturi planetibus et Luna ad pleiades tendente et Sole mutante signum atque Marte iuncto Mercurio. fere usque in diem lucie.

plena luna decembris feria sexta in festo Lucie hora 8 Mto 5 noctis sequentis Mercurium in Ione habet dominos qui sub radijs elatis claritatem agent quasi resolutam sed mansio gelida non permittet hec in toto quapropter gelua non dissolueret maxime nocturna

Dies primis diebus fere usque in quadratura apparebit tempus

aer nisi nubibus involuetur nubes ex loco Solis et affectione Lune in pluribus stellis. immo et Iupiter cum Sole diametricus calori fauebit inito In vigilia Thome apostoli et circa ningit et grosse elevabuntur nubes: ex veneris mutante signum et affectione Lune planetibus quadraturis. Deinde frigus continuabitur interdum in nive et claritate dierum:

Noua luna Januarii Die Innocentum hora 9 Mto 19 noctis sequentis ex Marte suam sumit dispositionem sed in Saturno sed ad gelua disponit eam Saturnus fortior usque in finem anni:

Cap. v. de fertilitate terrenascentium:

Diversas in hac re perspexi causas et plurimum contrarias. cum tamen conmisceas dominatur que fertilitati favent quam plures et fortiores existunt. Unde plures coniunctionum magnarum perfectiones venerunt in signa terrea et aerea radijsque fauentium stellarum. Dominator vero orbis magni Iupiter existit planeta habundancie omnis et ipse in dominio suo. Saturnus autem qui nocumenta afferebat terrenascentibus annis elapsis in signum aereum in quo suas malignitates deuolutum translatus est. in cuius per preventionem Luna applicat sextili radio et ipse domini vite trino sextili conspicit dominus conplete revolutionis. Mars quoque trino radiat suam domum et domicilio Lune in qua receptionem habet. Ad hec venus singularis fauens concurrit. Luna autem existit in signo terreo atque domo sua restituta Iupiter quoque magnam posse in gubernacione anni. dominum fidam que est vitis in signo suo occuparit et trino Lunam irradiat. adiicio ex hiis alias et alias rerum ex terra nascentium provenire ubertas. et ex hijs que ad usum humanum conparantur futuras indicant utilitates virtutes fecunditates ac conplexionem. que usque propter adversas radiaciones superiorum commemoratas et Martem dum ascendentem anni robur bellicis. exercitus. siccitatis et imbrium interdum tempestatibus atque bestiolis maleficijs plurimum detrimenti suscipient Et quia significatores terrenascentium alij et priores omnipotentior alij cadentes. mediam habebunt equalitatem precium eorum sed quia similitudines sunt conspiciendas sed in ordine ad celestia. Unde propter adversam plagam et irrigationes et belligerationes discordie futurum. gravis erit et laboriosa . . . mediocritas annona ex elevabitur precium rerum victualium sed non nimium excedet per hec conditione quam astra plurima oppositis testantur, verum si non supervenisset hoc malum alimonia tenuis anni non solum frumentaria sed et aliarum rerum videtur:

nens agnita fuisset quemadmodum utique agnosceret in locis que non sunt oppo-
site hoc adverso. Sed iam aut sortes suas sic disponentur singula semina

Triticum quia sors eius cadit in geminum in sextilem lune et presentiam
saturni qui est eius dispositor geminum tenens maliciam reffrenat et prin[illegible]

Ordeum fertile erit quia sors eius ps in orientem et sextilem Mercurii cadit qui
in domo septa et signo Jovis et sextili veneris radio videtur precium eius le[illegible]

Siligo apparentem promittit fecunditatem nec precium eius elevabit quia pars
sua in signo aspectus radiis et quinto malo. et in opposito tercio Martis cadens

Pisarum sors in quintum cadit domum in presentia Solis et eius dispositor
Mars in Cancro debilis nocumentum et precii tenuitatem videtur portend[illegible]

Avena in sua domo atque prima Jovis sorte posuit unde bona tendit
dispositio sed forte illi sentitur morbus propter signum egrediens sed et [illegible] fuit

Millium abunde crescet quia in dispositione Jovis et veneris devolutum

Mellis generatio sterilis et collectio mendosa et rubiginis mixta [illegible]
quia ps eius in signo scorpii et Martis dominium devoluta venit

Vinum delectabilem portendit hec essentia et saporem bonum [illegible]
ret eo quod veneris hec disposita sed eius pars sit in opposito Martis et domi-
nio Saturni accedens quadam turbabitur et tempestatibus ledetur
Nec consequenter sub uno contextu statum mineralium licet explanab[illegible]

Plumbum eo quod Saturnus in aquario volutat et in opposito eius Mar[illegible]
[illegible] iuxta Guidonem casu mortem et aquarum multitudine portendit [illegible]
a laboratoribus [illegible] inferet. et precium elevabit sine al[illegible]

Es et cuprum toto anno magnum sentiet remedium et precium [illegible]
tendit nam sors eius Jupiter ipse in domo sua atque sede celi volvitur

Ferrum cum Sulphure in vere impura propter Martem peregrinum et ca-
dentem in estate propter precium statum rara agnoscuntur. In hieme [illegible]

Aurum promittit laboratoribus remedium nam sol quinta et [illegible] possi-
det domum et leo decima. operarii eius Martis malicia offendentur

Lazur cum stano copiose augmentabitur in vere quia venus
bonum [illegible] est locum. aliis [illegible] incommoda suscipiet et precio minuetur

Mercurius inter reliquos anni partes estatem pro voto habebit in [illegible]

Argentum in vere detrimentum [illegible] laboratoribus cum Luna in sexta ca-
dens Martis offensa est. similiter et estate. In autumno et hieme tenebit valorem.

Cap. vi de infirmitatibus in generali

Malum est signum Scorpii ascendens utriusque figure. non bonus quoque Mars cum
his et septe domus. eadem Luna opposito inficiens radio. nec aliqua fortu-
nam iuvat nisi venus opposito parum sublevat radio. et Mars in opposito Saturni
graditur. unde hec sortes portendunt morbos presertim colericos. febres. conso-
nes tercianas et pestiferas empimata erisipilam. corrosiones carnium. apta ca-
dendi et alia incommoda ex nimio calore et putrefacto humore provenien-
tes. 2m naturam signorum in quibus capta est significatio. frigide in membris
pectoris et lumborum orientur. Verum quia Luna cum Marte commutarunt
vices suas. Jupiter quoque Lunam iuvat et venus dna octave Marti blandi-
ens pellentur hec mala neque debachabuntur intum et si vix in toto aboleri poterit
pro diversitate complexionum et dieta mortalium. De peste vero non est signi-
ficatio aliqua nam et si Saturnus in signo humano [illegible] illis in radiis
afferit signa regionum [illegible] nec in principio anni cum Marte offensus apparet
nec domini vite nec octava vel duas eorum lesit. nisi eclipsis effectus in geminis
[illegible] que multas germanie et ungarie partes propter signum oppositum his annis
molestabat et hoc anno quo vices suas dilatat reliquas inficeret contagiose

Capitulum vij de bellis et eorum occasione

Multiplicatis sunt planetarum adverse radiationes et aspectibus superiorum nimi-
mis se tamen inferioribus et sole et eo magis malignantur quod fere simul
omnes superiores retrocessionis veritati comprimuntur. eclipses quoque preterite et si iuxta
[illegible] in longos distulerunt annos sua portenta tamen non nulla partem
malorum pressuris [illegible] adhuc quia Mars et si cadens et peregrinus ascen-
dentis anni omni signorum perfectionum [illegible]. Luna afferit inimico radio. in opposito et
dicti Saturni comprehens. utilique fortune radios suscipit et si non ardebit effusionem
sanguinis. non desinet tamen veritatem clamorem et concitare tumultum omni in con-
dicione mortalium. nam non solum principes seculares verum et spirituales et
vulgus temerarius in rebellionem et ardorem belli concitabit. et insidiose

occultis inimicis. astra mendacitatis ad hec suadent et in suos condescendere dominos sub spe iniustitiis tutande. Accidunt etiam vicem non solum in terra verum et magis in maritimis locis depredationes et legationes magne non sicut fierent propter Martem in signo Cancri notantes infirmiores et quia ipse Mavors debilis et suis dignitatibus inveniretur plus ad latrocinia et spolia et cetera eius generis suos incitabit subditos atque vires.

Cap. viii de statu principum et magnatum

Quoniam status mortalium ita permixti sunt ut non per naturam durum quisque sibi conditionem eligat vite virtutis iustitie religionis et morum quos quisque conditio requirit, gratia sed rerum cupiditate et commoditate sua omnis in agimus. Idcirco in creaturis omnium statuum enumerare naturalia signa et effectus ingenitos quos singuli planete influunt. adiungam ut non minus per singulos Reges atque principes et magnates viri ac omnes Solis dominio subiecti qui magnanimi croceo colore tincti aut rubicundi. leoninos oculos habentes veri et liberales. ex benigna dispositione sue significatoris feliciora agunt tempora. nam quia Sol in quinta revolutionis est domo in termino Jovis consistit domus alumne. voluptatibus ipsis honestis dediti complacent. domus honorabunt edificiis possessionibus ac thesauris prosperati fere toto anno. Et quia signum Leonis in decima Saturni opposito leditur radio in honore et statu eorum fortuna adversam fortunam eo potissime tempore quo Saturnus retrogradiatur et Sol malis afficitur radiationibus. et ex significatione eclipsis Solis tenens septentrionem qui regna Tauro Cancro Capricorno Libre atque Scorpioni subiecta. Itidem Geminis Sagittario Virgini atque Piscibus moderant dissensionibus bellicis et epidemicis crescentis molestabuntur alii in detrimento alii in eadem sed honorifica fortuna. post anni elapsis fines locis interfecti fuerint

Cap. ix de prelatis ecclesie et Iovialibus

Prelati ecclesiarum et qui pietati dediti religione fruuntur. iustitiam fidem et honestatem omnem colunt. liberales non avari, pii et misericordes in pauperes. et natura complexionem habent temperatam amenum vultum et pulchros oculos. Et hec anno certa habent indicia felicitatis presertim in dignitatibus et honoribus amplificandis unde et voluptatibus dediti erunt honestis occupabuntur dominique actionibus iustis et que reipublice commodum afferat. Nam Jupiter talium significator in domo sua et gaudio receptus est. domum secundam in celo et utramque figuram revolutionis possidet nullis affectus malis radiis. nisi in principio usque in Junium eius retrogressio et aliquos malignos radios in Marte et aliis poneret impedimenta et difficultates et Mercurialium insectus afferret et ipsi inter se verius propter discordiam suscitarent inopia principi adversus magis contra belli impensas. ex effectu eclipsis in Geminis et si eclipsis illa que in Libra facta est effectus conciliaverit. mortem et egritudines differentes prelatis minatur. verum ad signum equinoctii spectat. propterea et de vita alicuius magni sacerdotis in una provincia vel opposito Pisces quos signo ambiguitatis erit sub tempore. quo propterea et documenta eius indicii

Cap. x. de his quos Saturnus gubernat

Saturnini ut sunt homines pleni cogitationibus melancolici pallidi et fusci artes laboriosas et male deditis per naturam exercentes. heremite, nigri monachi. Iudeique et quorum aspectus horrendi, vultus implacidi. mensque suspiciosa hii. quoniam eorum propria domum in qua gaudere de egressus est et quartum angulum in revolutione anni possidet. in edificiis solent eorum fieri proposito acquirendis et augendis possessionibus insudabunt commode nisi Mars ad oppositum contra pede primus eos molestaret. et eo magis quod et ipse Saturnus regressione interea respicit. et contra eclipsis eius adversa eventa transeunt egritudinibus et senilitate ducti afflictione fere usque per estatem post anno elapso tarius declarati fuerint. nam ille Saturnus cum sit penitus secundus occuparat domum. retrogradus. In autumno religiosi dediti conspirationes et viarum et legationum agentes operam. magna incommoda sentient

Cap. xi de Mulieribus et venereis omnibus

Mulieres pulchre et omnes venerei ut sunt vere muliercule a natura ad musicam inclinati. homines dediti moribus et consuetudine. amenitatis cantus. vestium et eius generis blandimentis oblectati. hoc anno coniugiis. amoribus commerciis et mollitie quam recipit animus talium pectore solito absumens

nihil namque eis obest effectus eclipsis Solaris in geminis. altera vero que in pi-
scibus, ad hec conducit nam in eius figura venus Marti coibat in tauro
atque domo decima hoc ipso significans venereos plurium lascivus dedisse atque
id honoris magni sibi fore. In estate tamen et autumno vilipensi erunt
status nam venus in duodecima cecidit et Saturni oppositos radios excepit
et repressione ibidem affecta est. Precipue peste hoc tempore status ubique
propria habent fata unde gratam sepius edunt prolem et sine timore.

Cap. xii de Mercurialibus et eis deditis

Mercuriales ut sunt amatores sciencarum, acuti et versatilis ingeni-
um habentes. Mercatores et eorum scribe. hoc est mercatores et parum corpore
hii et consiliis qui adhuc effectus eclipsis in geminis vise certa in parte
anni duratura sunt. non omnino bonum assequentur fortuna. cum [illegible] et [illegible]
elapso dictum est. Mercurius enim in duodecima ceciderat domo a Saturno ex
sexta domo male radiatus fuerat egritudines pessimas ipsi sencient et do-
minus carceres et que duodecima habet domus a maioribus suscipient. tempore
vero revolutionis anni. melior illis fortuna promittitur nisi vincen infirmi-
tates subijcient. Estas cum hieme bonum condicionem eis promittit nam Mercu-
rius domum fortune in suo signo occupavit in opposito Jovis. Mars tamen cum
altero eius signo in domo sexta et in quarter in octava eos in multis depre-
dabitur bonis et mortem inferet. magis autem Aprilis Maii finis cum me-
dio Junij et septembre suspectos conspirientur menses. propter impedita Mercurij

Caput xiii de popularibus et Lunaribus

Populares et qui lune dominio ex nativitatis hora subijciuntur et illi
qui faciem propriam habent. in eorum factis frequenter mobiles, propter Lunam
in sextam ceciderat domum et quadrato Martis lesam alij morbis acutis alij
detrimentis rerum domesticarum turbabuntur. incursa damna pacientur et ni-
si commercium habuisset Mars cum luna certe morbis atque vere afflixisset po-
pulum molestissime. a quo tamen Caput draconis lunam liberat Jupiter autem cum
sole mitta luceat populo promittit cum vita bona et larga. Nonnullis
vel falsitatis oblectabuntur plurimi. propter ascendens signum scorpij et Martis.

Cap. xiiii de Regno Polonie et eius provincijs

Maior polonia et posnanien civitas ex venere et Tauro in septima
conditionis collocatis et radios malorum effugientibus. felicem hunc annum habere
demonstratur In estate multa aget pro honore et utilitate reipublice eo quod signum terrarum
decima occupabit vero quia venus in duodecima cadit et in opposito Saturni
minimorum timore pulsi. animo anxij et turbati videbuntur et hec cuncti sunt
propius in medio Julij in medium augusti propter retrocessionem veneris et radios
malorum. eadem in autumno. alias optima fiducia fruentur. Idem de Russia
alba intelligendum venit Minor vero polonia in urbe Crac. mediam
habet astrorum significacionem Nam in vere Luna in eorum signo in sexta atque
quadrato Martis cecidit. unde populus eius et inferioris popul. mortiferis affici-
tur morbis: alie vero fortuna pro voto habebunt In estate feliciora illis tem-
pora in lucris et honoribus promittuntur Residua in anni parte utraque pro-
vincia ex rebus bellicis animos et fortuna assequentur pari pactis et sub-
ditorum consultum propter Martem et signa locum ad spiritua occupantem.
Quod autem attinet bellum cum prutenis vidi et olim et nunc astris consi-
gnatos utriusque partis. Coniunctiones scilicet magnas Saturni et Jovis que
pressere regnum polonie et adventum cruciferorum in prussia. quas quia
adversas signis et parte conspicio video adversum prutenorum provinciam
semper fuisse polonis. Vera autem memoria illa coniunctio ponderosorum
in Cancro eorum scilicet signo. cuius tricenti in opposito eorum signum quod fuit
ascendens dicte coniunctionis et opposito Martis revoluta est ad ascendente et
in signum Cancri quod fuit locus coniunctionis pessima Martis infectum
que signa in revolutione anni orientes in cadentes venerunt domus. Luna quoque
eorum parte in sexta a Marte domo loci turpiter radiatur. In eclipsi autem
in geminis vise que adhuc vires suas non extinxit eorum signum [illegible] ab
ascendente recedebat. Martis et decima domo offensa radijs Ex quibus
[illegible] et paucis apparia video partes nostros super eorum [illegible] et [illegible]
[illegible] adversus prutenorum partes unde hora [illegible] in bellis Saturnus
in ascendente tarditatem et timorem [illegible] incussit et venus [illegible]
tyrannia atque [illegible] cum Luna attestata est in octava et termino Jovis

verum si Marti obsecutus fuisset potenti et omni sua virtute nos fauenti arborum fuisset comoda et magna significatorum celorum et iusticiam. quod minime dubito fieri et hoc anno nisi latent nos diuina voluntas propter atque demerita nostra purgantur. Ipsi vero prutenis [illegible] ex eo signo in duodecima a Marte loco portendit et differentes conatus ad consilendum eorum [illegible] cum Saturnus eorum dominetur signo opposito propter quapropter insidiose occulte et fraudulenter cum suis agent sed sine [illegible]

Caput xv de Regno hungarie et Buda [illegible]

Jupiter in domicilio atque gaudio suo et sexta domo reuolucionis magna indicia felicitatis regno huic promittit quo fit ut optime se habeat in acquisicione bonorum et in amplianda eorum [illegible]. nec radijs infestatur infortunatorum quo et bellicum et periculum [illegible] In estate non deerunt honori reipublice sue et defense aduersariorum. nam Jupiter bona obtinuit loca verum quia retrocedet ab aprili usque per Julium mensem consilia eorum et cogitationes omnes tardiusculo et impedite procedent In hieme propter coniunctionem eorum [illegible] in Marte in capricorno de rebus bellicis cogitabunt. Stercius [illegible] et post paltis [illegible]. Idem de Buda [illegible]

Cap. xvi de potenti regno Bohemorum

Bohemi ante exitum anni labentis usque in medium Januarij propter oppositum Saturni ad eorum signum et Martis [illegible] in leone incomoda et aduersitates recipient fortuna in magnis et militaribus viris. totoque anno saturnus illis miseros parabit cum honori vitaque eorum aduersabitur verum ipsi preualebunt ubique cum et ipsis Saturnus sunt [illegible] Jupiter qui a discriminibus eos tuebitur fortissime. demum non deserit sibi consilio et prudencia innata. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] huic fortuna

Caput xvij de amplissimo ducatu Lithuanie

Lithuanie populus in vere propter signum eorum in domo itinerum in opposito Martis. forte conabitur ad itinerandum et obuiandum hostibus timore perculsi insidiarum. quippe tumultus feruet bellorum propter opposita signa Saturni eorum [illegible] et Martis bellicosi. verum in eo sit animo forti et fide confidat fortune nam eius [illegible] sunt celorum, magis au

partes illi que aquaria subsunt anxietates preferent graues atque incomoda unde Tartarorum et Moscorum magis custodiant incursiones in Aprili atque Maio mensibus. et tota estate propter retrocessiones illic Saturni et quadraturas plures [illegible] eorum negocia In hieme rebus bellicis consulent optime. sed vulgus atque subditos exactionibus grauabunt gracia belli conferendi sed pro commodo eorum. sed eorum Jouis [illegible] in Marte in sexta domo in capricorno. Eundem statum Volnie et aliarum ciuitatum prouincie fore dicerem

Cap. xviij de statu Valachie Russie. Mazouieque:

hee tres prouincie signo Scorpij atque Marti subiecte dicuntur que hoc anno bellica arma auide affectabunt religionis patrie atque iusticie tuende gracia nam signum eorum in utraque figura horoscopat et Martis dominus sui termino [illegible] aspectu et nona domo et exaltacione Jouis. [illegible] quia Mars suis dignitatibus [illegible] in eo signo decurrit in principio veris formidolosi et inter se dissidentes animus fessi videbuntur. post has audaces animas sument propius in septentrione nisi eclipsis Solis in scorpione visa eam illis incomoda ministraret pessima namque [illegible] significatorem bellorum. ignis. [illegible] morbo. cunctaque incomoda horrida que in [illegible] aliqua obseruare in longos dilata sunt annos. sed forte [illegible] [illegible] [illegible] videbuntur.

Caput xix de ducatu Slesie et Wratislauia

hec prouincia non habet aduersa sydera et suis [illegible] nisi solita habet impedimenta. quapropter [illegible] optima fiducia atque prosperam sen[illegible] fortunas in animis percipient propter signum eorum in undecima a Mercurio in [illegible] In estate autem propter Martem in eorum signo decurrentem atque domo sexta Martialis [illegible] et incomodorum senient [illegible] [illegible] [illegible] in eorum [illegible] [illegible] Autumnus eos debilis [illegible]. Molestiora autem [illegible] eorum [illegible] in februario et Junio:

Telos

Judicium aſtronomicum ad an-
num domini 1522 in ſtu-
dio celebri: vniuerſitatis Crac.
per magiſtrum Nico-
laum de Shadek
dedita opera
compila-
tum.
:~

Prolocutio.

Aristoteles motum celi vitam esse omnibus dixit, quandoquidem evidentissima est
et communis operatio vite, intimus motus. una ergo hec celi dignitas et efficacia
erga mundum inferiorem ut pro illius agitatu infatigabili, ceteri motus omnes
et ordinentur et excitentur. quequidem efficientia per stellas potissimum influitur.
hec etiam motu ac lumine in nos agunt. pro quanto enim motu varias formant
configurationes cum ceteris stellis et inter se: varios possident situs. efficiuntur enim
suis in paragrationibus interdum triangule. interdum sexangule. quadrangule. dia:
metre. interdum coniuncte. amplius quoque orientales. quoque occidue, nunc lucarum
nunc vespertine et ad genus. inde itaque vires assumunt. Sicut eorum luminis
variationes agunt, quod quidem in Luna apertissime colligetur. et si in ceteris ita
aperte colligi hec minime possunt propter luminis paucitatem. agunt igitur in
nos stelle luminum motuumque variationibus. Verum quemadmodum eventus
alii generales: quidam particulares divisi sunt. sic cause quod alie generales quedam
particulares perhibentur. Ille graves atque pollentes veluti eclipses luminarium
crinite stelle. trium superiorum coniunctiones et alia. his enim causis generales et
fortiores eventus contingunt. quapropter ptholomeus docuit in rebus omnibus primo
inspicere ea que generalia sunt et maioris efficacie. sed heu quid facit hu:
mana inventio ut quo ordine et qua efficacia cuius generis cause et priores
et nobiliores preponende sint. in dubium: tandem et errorem vertit. Sunt
namque qui tantum Soli Lunaeque vires prebent ex quibus eventus et generales et par:
ticulares contingere oportet. ceteras stellas pertenues ac exile esse quod agere vi:
dentur. Sunt et qui vires pollentiores tribuunt tribus superioribus et maio:
res quam luminaribus. preterea temporis durationis et distributionis sive interpretationis
non una ratione colligendum esse volunt singuli suas rationes et experientia
afferentes in medium, nos ancipites relinquentes. verum ne inceptum quid:
piam: ac quasi novum temere affirmari videar, maiorum sequar vestigia
eorumque venerande auctoritati innitar a qua deus certe tum scientia. tum
magis astrorum experientia ad nos usque provecta est. quid itaque celorum
virtutes et generalium radiationum et annuarum revolutionum vires, anno qui
sequitur 1 5 2 2, inferioribus: boni aut mali portendent ad laudem dei
optimi ac pro celebrioris universitatis studii Cracoviensis fama. pro imbecillitate
mea ingenii in forma pronostici ab experimentis antiquorum accepti aperiam
premissis in primo ordine virtutis, maiores planetarum radiationibus.

De magnis celi configurationibus Cap. 1

Quoniam ut dixi magnarum configurationum innumerabiles tanquam radicem prono-
sticorum precipuam premittere necessarium est, inprimis ab orbe magno
initium accipio. Orbis itaque magni qui est centum super decem directio ad
principium revolutionis anni huius in 12 g. 22 m. Scorpij devoluta est
cuius Mars est divisor cum participatione Mercurij eos terminos cuius in hac
divisionis. preest autem orbi huic Luna ex planetis et Leo ex signis. Gra-
dus autem coniunctionis centum diluvium in 6 g. 25 m. Aquarij devenit
ubi et si Saturnus longe abest a g. tamen presentia in signo horoscopo
illi favet. fide et veneri. Gradus vero coniunctionis maxime que est
Saturni et Jovis in principio Arietis iam exitum parantis, ad 26 circiter
g. Thauri profectus sextilem Martis radium et Mercurij sed platicum.
Revolutio autem g. coniunctionis Saturni et Jovis in triplicitate aquea que
nunc dominio potitur suo, cadit in 18 g. Scorpij. in sextilem Jovis aspectu.
Coniunctio autem duarum infortunarum circa etatis in Cancro acta profectionis nu-
tu in primum Aquarij g. et quadratum Saturni incidit. Nec transeunda est
solemnis coniunctio inter Saturni et Jovis etiam circa etatis in Cancro celebrata
cuius profectio in 12 g. Capricorni et presentia Jovis directa est. Anni
vero presentis maligne configurationes he sunt. Prima quidem horrenda
coniunctio duarum infortunarum in signo humano aquario scilicet quibus et duo
luminaria fuit convenerunt in fine ianuarij. Alijs pretermissis levioribus
tetragona Saturni retrogradi ad Martem radiatio. 8 Junij accidet. Nec
flocipendenda est regressio duorum ponderosorum Saturni quidem in Aquario
a 28 Maij ad 13 octobris, et Jovis a 5 Maij ad 2 Septembris.
Cetera si hali sequimur sententiam uti verisimile est, nullius eclipsis effectum
hoc anno pertimescere debemus. Sed 5 die septembris circa ortum draconis
Lunam super 22 g. piscium eclipsari conspicimus, male cuncta significa-
tionis. at suum malum in sequentem distulit annum, quapropter et nunc
locum pronostici non patitur. Non pretereunde etiam veniunt coniunctiones
et oppositiones introitum Solis in puncta equinoctialia et solsticialia pre-
cedentes. perinde ac figure introitales Solis in predicta puncta. quibus
veluti fundamento firmo locato. lucide statum et accidentia hominum
necnon impressiones uti pluvias ventos tonitrua siccitates et quibuscumque
alterationibus nos celestia solent movere. capitulis distinctis declarabo.

De gubernatore anni et quartarum eius

Albumazaris atque hali sententia, dominus huius anni Saturnus comperio
qui in revolutione solis annua, horum opiniones hac in re, precipua: dominus
ascendentis cuius maior est potentia: in secunda continuit gradum, et potestate domini-
j alijs potentior: ad ortum se se obiter tulit. Jovisque presentia in horo-
scopo existentem in suam vim compressit, nec est alius ex planetis: pluribus
in hac figura pollens viribus. Adhec collatione facta in figura preven-
tionis et si in loco luminarium scilicet signo piscium: solum termino ac facie gaudet.
in angulis tamen precedentis et sequentis pluribus: ceteris prestat testimonijs. in
angulo namque sequentis. decem potitur viribus et precedentis quinque. ipse enim
domo sua culmen celi obtinens. quapropter teste Hermete. illic existens fortis
disponet annum. hec erat Albumasari quo fortior alter nec loco fuit, nec
viribus maior. Sed et et Ptholomeo satis sit qui: planetam totius an-
ni tempora disponentem fermiter asserat fore ultimum, singularum quartarum
planetas dominos hoc ordine invenio. Veris namque diebus primis Jupi-
ter sed viribus mollis Saturno duce regna tenebit. ille namque preven-
tionis locum possidet pluralitate testimoniorum, et cuspidem domus succedentis
obtinens, sextili radio conspicit luminaria. id ultimo alio planeta faciente.
Iste vero angulum decime fortiter occupavit et in ascendente Jovi vires
equavit. tempore temporali sextili aspiciens in sua domo Venus etsi partici-
pare videatur in dominio. tamen Saturno totam vim suam concessit. in cuius
domo et ipsa compressa. Estatem Mercurius Venere Jovique ministris
gubernabit. Ille equidem quod dominus luminaris temporis existens in domicilio pollet
proprio. hij vero quod angulo utrique dominantur fermissime. Autumnum Jupi-
ter primitus reget. quod loci luminaris temporis, lune videlicet in piscibus. et ascendentis
Cancri regimen obtinet. Mars vero cor anguli utriusque et Saturnus
cor sequentis. participes se se exhibent. hiemem quoque Jupiter diriget
eo quod luminaris temporis dominus decimam occupat domum, plures sibi participes
admittit scilicet Venus domina ascendentis et Saturnus anguli sequentis fuit ac almu-
tis coniunctionis duis, ceteris prestant. De eventibus horum infra dicetur.

De generali dispositione qualitatum anni

Quoniam profectiones magnarum coniunctionum plures in domicilia frigi-
di Saturni. corpore illius decrescente et retrorsum exspectantis, devenerunt
omnesque planete in utraque figura signa humida potius et frigida plura

occupavit. item quia duo ponderosi toto anno in meridionalibus signis et
latitudine consili volutantur. longinsculo regredientes. et locus preventionis
sit ac ascendens humidarum sunt mansionum. idcirco hec anni ad frigora et
humiditatem pronior erit. sepius etiam ingrauescere nubes videbuntur. nunc
pregnantes: nunc tenues: ac diutinas demittent pluuias. gelicidia, nebulas,
perniciosas grandines. atque ventos humidiores propter latitudinem lune meridio:
nalem quodque effundendo. attestatur huic. luna in preventione a Marte deci:
dens. qui divisionis hec anno potitur dominio, pro ignitarum vero impressionum
apparitione non adsunt testimonia, quapropter paucae erunt. prout infra dicetur.

De qrtarum et mensium dispone in pticulari

Hiems iam cepta Iouem habet signatorem. qui quoniam saturni domum
inhabitat signum frigidum et siccum. utraque omnes partes illuc voluntur. gelida
nimis perspicitur. interpolata nubium ingrauescentia et in nivis. quodque a
bunde solubili cum aliquantula aeris grossitie, quamuis mense ianuarii Mars
cum Sole mitigare satagent et claritatem diurnam atque temperamentum adducent.

Dies Sabbato ante Epiphaniam et circa. Mars per extrema capricorni
defluens. aerem resoluere parabit sed quia Sol in gradibus putei decurrerit
et Luna ad septentrionem declinat gelido rigore reprimetur. et quia pars plu:
uie in signum et mansionem humidam cadit in quartum veneris et Saturni. ni:
uee nubes recrudescentur. In crastino Epiphanie Luna ad pleiades deue:
niens et Soli super Saturnum portam apperiens et filia. mouebit humorem
nivalem alibi pluuiosum. et propter regressionem Mercurij ventis nubes conci:
tabit gelantes interim et usque in oppositionem durabiles cum frigore

plena luna Januarij Decimo die infra octavas Epiphanie
hora 16 M 38 cuius primus dispositor Saturnus gelidam significat et
eo magis quia pars aeris in corpus eius cadit. verum quia Luna ferme Marti
applicat utriusque mansione separata existente. interdum et pro parte remittetur

Dies Eodem die quia Sol puteum ingreditur et Luna in mansione hu
mida in opposito trium planetarum. et veneris mutatio signi, gelicidium cum ventulo
aspero. posthac miscebit humiditate frigus. sed instabilitate molestabitur
potissimum die precedente et ante, propter Mercurium a Marte in plenum euntem recto
Die decimo in profesto Fabiani gelua parabuntur et equidem rigida propter
Saturnum dum quadratur in puteo. sed feria sexta remittentur nubium
multitudine nivem hic atque illuc deducentium propter coniunctionem plurimorum

in signis et mansionibus humidis. et Mercurium per regressum signum mutantem

Noua Luna Februarij feria secunda post festum pauli hora
2 M 51 cuius dominus saturnus in gradu putei Soli et Marti iunctus et super
illos eleuatus infesto turbabit gelu ac forte dies clarescent parumper.
eo quod eorum mansiones separate sunt et pars aeris in locum Iouis cadit

Dies Eodem et priori die propter apertionem porte Saturni cum Sole et
Luna intendetur gelu et perseuerabit diutule. nubibus interdum congregatis
feria quinta proxima Statio Mercurij et Mars Soli iuncta circa stellas ne:
bulosas desgrasiam aeris concitabit et locus lune humiditatem afferet
Die blasij Luna circa pleiades Saturno super Solem portam aperiens nubi:
losum et rigidum tempus hincinde niuosum efficiet Circa diem dorothee duo
inferiores Aquarium intrantes frigus intendent posthac niuem spargentes.

plena luna eiusdem feria sexta Scholastice hora 5 M 23
Mercurius cum venere dominos habet qui cum Saturni domicilio hospitantur
et luminaria in mansionibus humidis opponuntur frigida et niuosa indicat
sed interdum claritate temperabitur propter orientalitatem significatorum et aliorum

Dies A principio Mars signum mutans et Lune oppositus qui apperiebat
portam saturno super Solem frigore affliget asperiore nubibus humidis sur:
gentibus Die Iuliane pars pluuie in corpus Lune et quadraturas pluuiosorum
granius gelabit vel humiditatem brume conuoluet feria tertia ventu:
lus meridianus excitabit humidum aerem cum niuis casu ex latitudine Lu:
ne sit et veneris et radiatione quadrata Solis cum Marte ad Lunam.
Tandem a die petri ventorum agitatio niuosa et intempestiuum frigus ge:
lans imbrem nubiumque inuolutio humidarum usque in coniunctionem, ex coitu
inferiorum inter se et Saturni atque Lunam. tunc in mansione humida

De qualitate vernalis, et mensium eius

Quia in ingressu Solis in Arietem et eius preventione Jupiter cum Saturno
ceteris potentiores inveniuntur. hic humidam ille temperatam occupans
sedem. locus quoque preventionis coniunctionalis in sicca inuentus et mansione
et benigno iouis radio. ver ad temperamentum accedet et claritate adorna:
bitur. non sine vero frigore, et finem humidiorem regressio duorum
superiorum. rigidiore claudet qualitate. quibus cooperatur locus Martis et veneris.

Noua Luna Martij feria quarta post Mathie. hora 16.
Mto 51. Ratione Iouis Saturni et veneris immo et Mercurij instabilis erit

sed quia mansiones eorum separate sunt et luna primum Joui applicat sit et parte
aeris in signo igneo cadente. plures dies serenos aget. nisi circa humida
ventilans horripilans per intervalla agnoscitur. pro natura temporis.

Dies priori die plenilunij Luna iuxta Marti adiunctus nubes humi-
ditati parabit huc atque illuc ningentes. post stabit qualitas praecisima
Dominica reminiscere. Lune circa hyades in quadrato Saturni et venus piscis
ingrediens humiditatem niualem cum nubium grossicie adducent. sequentibus
diebus accommodandam propter aspectum quadratum ad Lunam in mansione humida
duorum inferiorum. et quarta feria frigiditate cum ventorum flatu ex Mercurio domino
quadrature et loci pars pluuie. atque lune latitudine. post hec quinque circa

plena luna Marcij Die gregorij hora 15 M. 22. propter Martem
loci lunaris typum alumnum. et Jouem duorum ascendentem. maiori ex parte calida et
serena promittitur. sed a principio propter radiationem eorum stellarum ad Mercurium
et huius congressum cum Marte. plurimis mansionibus frigidis. frigora asperiora con-
citabit vento atque niuibus turbando aera. post clarescit paululum. nisi Mer-
curius Arietem pulsans nubeculas pluuiosas volutaret in aere. feria quinta
in profesto Benedicti. Luna aperiens portam veneri supra Martem ipso in
mansione humida. pluuiam minatur et ventorum admixtus nubes compellentem.
huic circa dispositioni attestatur idem Mars duo quadrature in tecto veneris
et in dominium comparans suum vbi clariores viros in Joue protendet dies
Jn crastino Annunciationis Marie venus iuxta Lune in tecto saturni que aperit
ipsi porta super Martem eiusdem. inquietam humiditatem brumalem producet

Noua ☽ aprilis feria quinta post annunciationem Marie hora 2
Minuto 5 nocte sequenti. coniunctio Martis et Jouis duorum calorem cum serenitate spirat

Dies Dominica Letare. aperiens porte inter Luna circa alcoraius et satur-
nus et applicatio Mercurij ex loco Saturni: ipsi et Joui. ventorum motum conci-
tabit. frigens asperum et humorem niualem forte afferent cito transeuntem. qu-
artum feria quinta Luna aperiens veneri super Martem peiores congressum
recitabit. idem die frigiditati portendit propter quadraturam Luminarium et Mercurium
vnde pluuia grandinosa aut gelata agitabitur. A die Ambrosij Jupiter
cum sole serenabit et ventos siccantes emittet. Saturnus tamen infrigidare poterit

plena ☽ aprilis feria quinta ante palmas hora 2. Minuto 52
nocte sequenti. intensior in calore et serenitate Nam Martem habet directorem cum
Joue et si coniunctio sit mansio humida. tamen venus principis cum Marte decurrit

Dies A principio paululum infrigidabit propter mutationem solis in Taurum
sed claros producet dies vsque in feriam quinta que est cene domini. vbi applicationes
planetarum tum inter se tum ad Lunam que aperit portam Marti super veneris
varietatem magnam concitabit. iam ventorum iam humiditatis frigide motu
Die pasce Luna aperiens sibi porta super Saturnum et venus Taurum atque
Mercurius geminos intrantes frigus aliquale cum nebula grossa adducent

Noua Luna Maij Sabbato in crastino Marci. hora 12 M. 32.
que quoniam circa stellas nebulosas hyades vocatas facta est et venus eius
loci domina separatur a coniunctione Lune. que post immediate applicat Saturno in
mansione separata. ad temperiem portendit. sed a primis diebus frigidior videbitur

Dies Die primo. aer roridus et nebula frigida matutina. ex aperiente
porte Lune ad Saturnum. Die philipi Jupiter opposito et Mars quadrato Luna
aspicientes in mansione separata. tonare paululum portendit in locis aptis. Circa
diem Crucis Luna circa pleiades quadrata soli pleiadibus iuncto et ad Satur-
num aperiens portam Jouis quam ac Mercurij statio prima. gelidam humidi-
tatem concitabit admixtus nubium ad minantium concursum. et in successu tempestuosus
aliquando ventis aera agitabit. Tertio quoque molesta humiditate die Stanislai demittet.
propter venerem iunctam pleiadibus et Solis quadraturam ad Saturnum

plena Luna Maij Sabbato post diem Stanislai hora 18 Minuto
19. propter venerem dominam et Mercurium vtriusque principis vtroque combusto. ve-
tosa erit. et frigidas noctes adhuc aget quadratura Solis ad Saturnum

Dies feria tercia ante Sophie. quartus veneris ad Saturnum
ex mansione humida et frigida. et in crastino magna stella Aldeboram cum
Sole periorians. et venus mutans signum et situm. congregabit nubes tem-
pestuosas et forte nec demittent pluuiam frigore constricte dispergentur
feria sexta post Zophie vel proxime. venus et Mercurius iuncti et luna in qua-
drato solis et veneris pluuiam indicant futuram. tunc parte pluuie obiecte calide
addetur et ventus cito transfertur A die helene Regel cum Sole oriturus
et grandem fecit statio. Mercurij quoque mutatio in Taurum per regressionem
varium faciunt tempus iam nubes pregnantes volutabunt et ventis huc atque
illuc compellentur interdum pluuias demittent. et refrigerantes aera.

Noua luna Junij Dominica Rogationum hora 19 M. 2A. Coniunctio
Mercurij et veneris instabilis portenditur. et statio Saturni post Mercurium
et Mars circa pleiades decurrens et principis coniunctionis. frigori attestatur
A principio adhuc remittetur calor nubiumque congregatio obscuritas
grandinosam pluuiarum, humiditatis allatura. ex causis nominatis

singulariter die petronelle et circa Mars pleiadibus iunctus · et Luna a Sa
turno ad quartum solis defluens et alia aliqua disgrasia molesta Satur
A die dominico quietius celum apparebit et clarius interdum nubeculas suscitans
et feria tercia Mercurius geminos ingrediens vento afferret aliunde pluuiam
pauram · et feria sexta proxima maiorem tempestatis vel tonitruosi signo est

Estas ex vtraque figura Mercurium · venerem atque Iouem significa
tores habet · primi duo signa deserunt aquea · tercius retrocedit in terreo ·
ps aeris ad spatam resset mansione signi piscium · quibus addita regressio
ne Saturni · humidam et spati caloris efficient hanc estatem et nubelosam
at tamen quia principalia loca in signis ignis sunt et spatarum mansionum
atque omnes planete orientales decurrent · occupabit calori debito huius estate

plena Luna Junii feria sexta penthecostes hora 8 · M · 25 ·
· sole Jouis
claritate fulgebit cum Mercurii orientalis in mansione spata ·
sed venus princeps in ascendente Cancro sit · sub radiis iuncta humectabit

Dies A principio leuiter recreabuntur himbre et frigidiore propter veni
rem Cancri ingredientem · infortunarum quadratura · et alia · feria quinta
ante viti et circa · tempestas post estum orietur · propter mutationem signi Martis
et coniunctionem Jouis cum Luna · aliubi sole estu transibit per plures dies —
Die festo Corporis domini et magis in crastino · estum subsequetur aliqua tur
bacio aeris aut in rorem dissolueture noctu · propter magnam stellam alhabor
cum sole et Lunam circa pleiades aperientem sibi portam super Saturnum

Noua Julii In vigilia Joannis baptiste hora 1 · Mto 51
nor · sequitur Jouis principale dominium habet · quapropter radidam portendit
sed quia mansio eius est humida et Saturnus in ascendente retrocedit · vbo
nubium sepe transitum suscipiet · et Mercurius sepe humiditatem effundit

Dies priora et die Joannis Mercurius per trinum Saturni Cancrum ingres
et venus Lune iuncta in Cancro · interripient calorem nubeculis coruscantibus
aliubi tempestuosa veniet pluuia et tonabit · ione ad id cooperante —
Idem accidet die Ladislai · Jupiter oppositus veneri · et Martis quadratus
Lune portendunt · Die Commemoracionis pauli et circa · propter Luna infortu
natam quadrature plurem in mansione humida sit in parte pluuie no
ctem versus · tempestas orietur valida · et vento et pluuia abundans ·
poterit sepe accidere in vigilia visitacionis · cum solis in proximo orien
et in crastino visitacionis venus mutat signum et sol propinquus gradui
coniunctionis superiorum · poterunt recreare terram et nubes cortus ministrare ·

Sabbato sequenti propter Solem oppositum Joui in mansione spata et Lunam in signo
igneo oppositam Marti tonitru aut saltem ruuma estiuans veniet · et propter Lu
nam latitudinem mutantem ventus suscitabitur · tempestatis pluens aut pelle
feria sexta et si sol sit in pectore · tamen Mercurius et mansione spata Joui
oppositus · similem coniturare portendit tempestatem et solis ventorum flatum ·

plena luna Julii feria tercia ante Margarethe hora 23 · M · 23
ruius et si sit Saturnus dies · tamen Jupiter cum venere temperabit eius nimi
quapropter serena erit et sepe tempestuosa propter fortes radiaciones in ea accidere

Dies Eodem die et proximis poterit tonare aut sola tempestas moue
bitur propter Luna cum superioribus decurrentem et Mercurium cum sole
et id potissimum noctu diebus aduenientibus · Die Margarethe talis qualitas
portendetur cum vento vehementi propter mutaciones Soli et Mercurii · et Luna
et circa alexii quadrature Lune Jouis Mercurii et alie · Luna in man
sione pluuiosa aliquid molestie afferret in aere · Die dominico Luna iuncta
Marti in mansione sicca et applicacio trina infortunarum · mouebit tem
statem et ventilabit diutius · sed non preterlabetur estus caloresque :—

Noua luna Augusti feria quarta die appollinaris hora 9 · M · 30 ·
Saturnum et Jouem habet dispositores vtrumque retrocedentem · tamen propter igneum
signum ascendens et duos inferiores cum eo · principes eius dominii · calida
satis portenditur · cui attestatur et pars aeris ibidem · sed et tempestates gignet ·

Dies Eodem die Luna aperiens sibi porta ad Saturnum oppositum veni
ri · nubes tempestuosas elevabit et dissoluent in pluuia · Die Jacobi
maior attestacio pro tali tempestate et frigore pauco nocturno propter Satur
num cum Mercurio oppositum · et Mars Cancrum attingens nubes circumducet
aliquot diebus et die Anne quadratus ad Lunam tale quicquid faciet
Die panthaleonis feria sexta duo inferiores virginem intrantes ventum
addiment et nubes pluuia minantes · hinc inde corabit · feria quarta
proxima quadratura Luminarium et Luna super Saturnum aperiens et
mansione humida · inferiorumque coitus variam testantur qualitatem mouen
do ventis aera · nubes frigidiores et interripientes estum solis · alterna quiete
Die inuencionis Stephani Luna a Marte ad Jouem decidens coniunctura por
tendit fortem et tempestatem · nisi mansiona humida contrauenerit tonitrus

plena luna eiusdem feria quinta ante Laurencii hora 15 · M · 2
Saturnum habet dominum cui venus principat et Jupiter · et quia vtraque Luminaria
applicat preualet fortitudine et primam eius partem frigidiorem ipse faciet

Dies Eodem et proximis utrimque diebus applicatio Solis ad Saturnum opposita et applicatio porte alterius magne, eorum per lunam variam et frigidiorem quam tempus expostulat auram indicant. et quia sol in corde Leonis festis eorundem et aliorum mansionum ymbrium sint, non perducuntur ad extremum frigus, sed nubila saltem mobebuntur. Die Ypoliti et magis in vigilia Assumptionis pluvia vento impulsa et alibi in tempestate validiore, eo quod sol in domo Martis mutat signum et eadem Luna per pleiades transiens Saturno super solem aperit portam. et sebiipsi feria tercia ante Bernardi et circa. Sol applicans stellis nebulosis et duo inferiores ad libram mutati alteracionem portendunt nunc pluvia nunc nubes. eorum ventus consistentes. et die Bernardi Luna Saturno et maior huic opponitur

Noua luna septembris feria quinta ante Bartholomei hora 18 min. 56. Mercurium habet dominum eorum loci et anguli. cui venus cooperabitur et quia Luna post coniunctionem primum applicat Jovi et Marti ad oppositionem tendentibus. ventosa erit et tempestatum concitativa cum esse raumatica et frigida:

Dies A principio mensis nubes congregabuntur paulatine propter oppositiones duorum superiorum in mansionibus ymbrium et sabbato pluviam validam cum tempestate producet ventorumque concursu agitabitur aera et coniunctio Lune cum inferioribus et eorum inter se in signo ventoso. Die Bartholomei quadratura Jovis et Martis principes superiores eius mensis. ad Lunam in mansione humida decurrente. ipsis in ymbrium voluntatis. tempestatem minantur. forte alibi raumatica suscitabit . . . Circa diem Augustini Luna in sextili veneris et Mercurii . . . ad . . . dorum. et ipsa venit in locum coniunctionis . . . sed ascendens . . . et mansio illius est humida. pluviam nocte portendit et ventorum flatum prendet aliquot diebus nunc nubes nunc pluvia . . . probat ad . . . Mars in Cancro ascendente quadratus luminarium. A die Egidii aeris ventum movebit . . . ad directum in mansione ymbrium. et forte feria tercia propter Luna aperientem sibi portam super Saturnum in mansione humida. effundet ymbrem frigidum aliquibus. sed plures sencient calorem optimum propter fortunarum quartum radium

Autumnus ex figura introitus solis in Libra Mercurium potentiorem habet et . . . Jovem . . . Lunare super terram in eius domicilio et ascendens Martem . . . in ascendente situs. propter plures anglorum obtinuit . . . valedicit venus . . . est aberranda . . . Saturno. et quibus et eorum mansionibus diversis. hec quarta plus ad humiditatem pluviosam . . . sed . . . calore . . . applicabit. ventis sepe . . . propter locum Mercurii et applicacionem cum Sole et aliis. In finem iam gelare incipiet . . .

plena luna Septembris feria sexta ante natalem Marie hora 6. minuto 25 noctis sequentis. hec tribus horis et ultra delitescet in umbra. sed sui laborum in annum sequentem distulit vindictam. nunc vero qualitatem ymbrium servabit et calidam. nam . . . eius Jupiter a . . . sextili defluit ad solem. et Marti post oppositionem primum applicat duo anglorum . . . signat. sed propter configuraciones infra ipsam contingentes et signorum mutaciones. alteritates crebra mutabilis reconciliatur

Dies Eodem die Mercurius loci alterius lunaris dominus per retrogressionem in Libra . . . nebulas spargit et quia Luna in mansione humida cum . . . pluvie suspiranda est pluvia nisi nebula dissolvatur. die natalis Marie eidem dispositio attestantur . . . cum ventorum flatu. . . . feria quarta proxima Luna circa pleiades aperiens sibi portam super Saturnum. et Mercurius radiis Solis oppressus pluviam indicant aliquanto tempore duraturam. In festo Crucis variatus aeris incipiet et interpolatis viribus. pluvia. vento. nubium transitu. nebule . . . utrique . . . transibit. propter plures mutantes signa. et applicaciones . . . Lune ad ipsos. potissimum Mercurium . . . quadratura sub radiis ☉.

Noua luna octobris feria sexta ante Mathei festum hora 6. minuto 36 noctis sequentis. venerem habet dominam . . . loci et anguli superioris. et Martem ascendentem cum Leone. quapropter optime disponit dies suos in calore et serenitate. cui attestatur Jupiter primum omnes Lune radio quadrato. sed venus in Scorpione et mansione humida decurrens interdum nubibus pluviosis adversabitur

Dies Circa diem Lunacionis Mercurius stacionarius et latitudo Lune . . . Leni . . . aera. alibi . . . terram. Et dies Mathei . . . pluviam abundanciorem. propter Luna aperiente porta Marti per coniunctionem super venerem in signo et mansione pluviosa et in crastino . . . propter portam Lune ad Saturnum in loco . . . pluvie. Die Stanislai similiter ad noctem pluet. propter Luna iuncta Jovi in signo pluvioso post quadraturam Solis. Die Hieronimi Mercurius mutans signum et Luna aperiens Marti super venerem in mansione . . . alterabit aerem ad nubilositatem frigidiorem et pluviam . . . diuturnam. propter quadratura veneris duo coniunctione huius. ad Saturnum et huius tercia applicacione ad solem quapropter frigidiores noctes sencientur et matutine nebule . . . cui attestatur . . . Solis . . .

plena luna eiusdem Die dominico post Francisci hora 20. minuto 51. cui venus in Scorpione humiditatem promittit et Saturnus dominus ascendentis. ibidem locatus frigiditatem et nubila propter . . . eius. cum Mars in Leone et venus in domum Jovis transferenda temperabit calore conveniente:

Dies feria tercia post Francisci, Luna circa pleiades accipiens sibi porta
supra Saturnum per quadratum et applicans ad oppositum veneris, utrisque in man-
sionibus humidis, infrigidabit aerem et nubes excitabit ad pluviam sequentem
Die dionisij Sol in gradu stellarum nebulosarum et venus in principio signi
testantur pro pluvia, et his diebus usque in diem hedwigis Saturnus sta-
tionarius nebula inducit continua, die autem dominico quadratura luminarium
et oppositus iovis ad Lunam ex mansione humida pluvia deijcient, poterit
sic feria secunda et tercia accidere propter applicationem infortunatorum cum Luna
Diem galli et sequentes ventus exacerbabit celum Rome porte qua appa-
ret Mercurius supra Jovem et [illegible] eiusdem Mercurij radium ad Martem
[illegible] attestatur die sequenti applicatio Lune ad omnes planetas ex hu[midis] mansio-
nibus

Noua luna nouembris Die dominico in crastino Luce hora 21
minuto 10 huius Mars preerit ex loco lunarium et Jupiter participabit eos
anguli precedentis quibus erit applicat Luna mediate, verum Saturnus in
aspectu occidentali et Marti oppositus, asperiorem in frigore portendit conti-
pandam [illegible] aliorum viribus, ideirco non credo pluviam sed nebula adducit

Dies Die Lunaris propter causam memoratam et mansionem Lune nox
gelida grossas nubes in diem sequentem elevabit aerem calefient sed feria
quarta Sol circa stellas nebulosas, Luna iuxta veneri fit et pro pluvie
et Mercurius ingrediens Scorpionem pluviam portendet abundantiorem
In profesto Simonis Luna quadrato soli utrinsque mansiones humida et si-
gnis pluviosis existentibus et accepio valens magnis cum Saturno humi-
ditatem hibernam adducunt ut nocte sol magis die festo, propter Marti
tamen poterit temperari hoc aeris. et feria quinta Luna in partibus Judeorum plus
plena luna decembris ~~plena Luna eiusdem~~ feria sexta post diem
amarum hora 10 minuto 15 noctis [illegible] gelida et aspera apparebit, nam
venus in ea vincit et magis Saturnus supra que est accepio porte lumi-
naribus, deinde ex varia applicatione planetarum inter se ventum et nive minatur

Dies Eodem die obscuritas gelida et ante hac [illegible] ad noctem hi-
bernam forte nivem deducit. pluribus quoque diebus durabitur in ventorum motu
ex causis notatis et quinto Mercurij ad Saturnum item [illegible] Mercurij in
Jove et Sole configurati Luna circa pleiades et venere in principio signi
decurrentibus, post hac Lenius procedit hoc inventario interpolata quiete

Die dominico sequenti et circa, Mars intrans virginem et Mercurius in extre-
mis partibus Scorpij ad quadratum Martis decurrens. et Luna accipiens
magnam valuam Saturno ad Solem, ventus item [illegible] et aliis minus
aliis humbrem deducunt. ut adminus nubes grossas nam lune mansio sicca
calida [illegible] pluvie, post hoc clarescent dies sparsis nubibus et [illegible]
et forte in crastino Bricij sol cum Corde Scorpij et Lunis eius in novo signo
in quadrato Martis utrinsque mansiones hu[mide] iterum turbabit frigida humiditate

Noua luna decembris feria tercia in profesto Elisabeth hora
12 minuto 28 Rome Jovis loci et anguli precedentis domini et Martis [illegible] tempera-
tior erit in qualitatibus suis, nam et venus ioui coniungetur sed quia man-
siones sunt frigide et humide plures et pars aeris in quadrato Saturni. frigora
[illegible] obmittetur tempore congrua et finem versus nimium erit copia

Dies Eodem die modica discrasia videbitur ex humiditate propter de-
cursum Lune a quinto Martis ad Solem utrasque mansiones hu[midas] et ab eo ad
coniunctionem Mercurij, deinde temporeis non [illegible] acerbo frigore [illegible]
feria quinta post Catarine circa et ultra, Jupiter iunctus veneri in man-
sione humida [illegible] [illegible] claritati, sed postea duo inferiores dominia Sa-
turni ingredientes gravidas nubes adducent, plerisque mingent aliis hu-
miditatem gelatam effundent qua subsequetur gelu asperum in [illegible] usque

Hyems Jovem Saturnum et venerem dispositores habet ex utraque
figura Et quoniam Jupiter nimium sua. et eo magis venus eius contra potens
tribuunt Saturnus cum [illegible] Luna mediate applicat post preventionem. ideir-
co in eum devoluta est tota gubernatio huius [illegible], quapropter gelida por-
tenditur nimium hec hyems, cui attestantur omnes mansiones humide cum
sola pars aeris adversante. et Marte ad septentrionem elevato erit [illegible]
cum anguli precedentis, omnes erit fere occidentales sunt [illegible]. et humiditatem
[illegible] aut adminus nubium multitudinem [illegible] per [illegible] locorum

plena luna decembris feria quinta in profesto Barbare
hora 22 minuto 10 propter Saturnum densis nubibus umbrabit et frigescet
horridius interdum clarescente sole, Jove et venere ad id cooperantibus

Dies primis tribus diebus ventulus rigidior spargit nivem. propter
applicationem Marte cum Mercurio in [illegible] [illegible] cadit pars pluvie. cui certam
Luna opposita est ex mansione humida, alicubi quiete sed frigide transibit
feria tercia et magis feria quarta post festum conceptionis Marie

quadratura lune ad solem et Jupiter mutans signum nubes paucas cyrta-
bit. alicubi ningentes. eadem postea die contra solem in principio eius signi, qui est pe-
tualis. reliqui dies lucidi quidem sed acerbi frigore. propter diem domino contra
solem in principio et lunam appetentem sibi portam super saturnum et alia

Noua luna Januarii feria quarta post lucie hora 9. m. 21
nocte sequente. In qua contra Saturnus non modo in loco coniunctionis venientium
in angulo priori et ascendente venere in illis parte. sed eciam coniunctionis preteri-
te. Ideo nivibus habundabit. gelabitque diutius. nubilosa interdum et nivosa.

Dies feria quinta et tercius sexta proxima luna iuncta Mercurio in signo
et mansione frigida et humida. et venus congressa Saturno. nivem dedueunt
habunde. cui attestatur gradus solis puteales. et forte Jupiter mitior remitte-
paululum et humiditatis augere. Circa et ultra diem Thome apostoli. vento agi-
tabuntur nives nunc gelate nunc humide. Rone Mercurii stantis ad retrogra-
dacionem. et contra Lunam coniunctam Saturno et veneri in mansione cyrta-
Alicubi continuabit gelua sicca cum nubeculis adumbrantibus solem pro parte.
Die Natalis Salvatoris nostri venus signum piscium exaltacionis sue cum ve-
nisset gelua nivium deflexum aliquanto tempore protelaverit. aliis diebus equaliter
sternabitur Sed die Thome episcopi Cantuariensis Sol in principio Luna appetens per-
tum supra Saturnum per quadratum gelidius testantur futurum. Et die Silve-
stri Mercurius incorporatus soli in domo saturni et mansione humida, ni-
vium rasum portendit. adminus nubium convolucionem nivosarum:

Hec sunt que de dispositione et alteritate mensium ex motu siderum conicere
potueram, et si forte que particularibus ascripta sunt diebus non sequentur
ut in astrologie precepta precipit namque ptholomeus non particulariter predicere sed
duntaxat generaliter velud qui eminus videt. quapropter que ita indirecta
sunt. generaliori quodam pacto estimata et terminata sunt. In quibus lector
itidem faciet. in his tamen maior rectitudo spectari debet contra qualitates tem-
porum in toto fere a superioribus dependent corporibus. pro natura tamen
loci temporis et materie instabilitate. reliqua que sequuntur incorrecta sunt
potissime que de regnis et statibus hominum inducuntur. pronosticum enim
ex diversis situm signorum et planetarum. cum singulis huiusmodi rebus convenientium
in figuris revolucionum modi. que particularius ex singulis cuiusque regni figure
itidem civitate ville. presentant. et videnda forent. quapropter pro illa per
pe acute. et equalitatem illam. generale locis subtilius et accomodata:

De statu frugum et aliorum terrenascentium

Maiorum et minorum configuracionum testimonia rerum ex terra prodeuntium
paucitatem minantur. nam et si effectus eclipsis ultius est hoc anno (ut experi-
encia circa modernorum opinionem elidit) Revolucio tamen coniunctionis deluminum
sextis in presencia et domini Saturni devenit. quod et albumasar testatur caristiam
minatur. Saturnus enim ex aquario taurum quod signum est sementorum quadra-
to inficit radio. et equidem retrogradus duntaxat. venerem singularem frugum
signatricem in revolucione corporis opprimens. Jupiter enim post recessionem et si in ca-
pricorno signo terreo devenerit. quia tamen illis radiis. precumpta humare potuis
Lonis enim precursoris Martis penna ledunt. ionis sextili relevatus paulisper
que omnia non aliud prestant testimonium, sed non extremam caristiam. Nam
Jupiter in ascendente intercutale figure. et Luna per coniunctionem Joui applicans
applaudens vel medie sufficiencie. generalis tamen omnium qualitas que ad frigiditatem
et humiditatem tendit obviat fertilitati et si revolucionis prodesse potest. et quia
teste Galeno. certa attestantur suis principiis. et anno transacto omnia frumenta
sterilia in granis fuere. interius sequitur et grandia et ipsis fere similia
ad latus usque diminucionis fertilitatis. tendit eciam, sed non omnium locorum
eadem est natura. quapropter nec equalis occurret generacio frugum circa
et intra regionem maior polonia: quia Jupiter et venus trino occidens
eius signum: fertilior erit. Armenia minora contra iouem sentient sed
in statu retrogradus nocentem. Et quia duos medii celi utriusque figure
revolucionis anni. siti dominos aspice Et luna separata a Marte post coniunctionem
transit ad Jouem. teste hali et cermenam et monstram racam esse sunt forte
Sed satisfaciendo arti de singulis speciatim cum frugis plures differam

Triticum quia eius pars in virginem cecidit in opposito luminarium
atque Martis. et contra Jouis. sterilitatem recipiet. nam et eius loci dominus Mercu-
rius Saturno complexus id facit et in decima locatus precium eius augebit.

Ordeum cuius pars in principium tauri venit et dominum undecima atque
trinum Jouis et contra veneris domini sui fertilitatem recipiet et abundanciam. nec
precium nimis tendit altum quando et si venus in decima sit sed non infortunata.

Siligo cum sua pars in duodecimum cadit et signum geminorum in contra
Martis et trinum Mercurii domini sui unde in paucitate recipiet et precio

Pisarum pars in opposito Jouis cadit et sextum domus atque trinum Lu-
ne unde fertilitatem recipient et medium tendunt precium quia est in succedenti

sunt forte

Auena partem suam in ascendente locauit longe quidem abest ab aspectibus
partem in platice utriusque suscepit uirtutem. et Luna dum recens a Marte deceditur
in coniunctionem Solis fertur quod nec nimia caristiam nec abundanciam faciet et precium
eius equale tenebit propter Lunam iam decimam occupatam domum et Jouis in lo
eandem despon promittit precis milij in eundem locum et dicto cadens.

Milhis locus in gradu ascendentem decimus et locum parsfortune et mansi
onem separatam. quapropter bene et abundanter colligetur. huius loci dominus Mercuri
est et decimus possidet signum. tor sue nature leue sed tamen loci caru primum est

Vinum competenter reficit eo quod pars illius in parte Lune atque Jouis radij
et ascendentis domus quia in uenus saturno congressa que eius est sociator
et Luna a Marte deceditur saporem non bene gratum. et precium leue portendit
hec est significatio specialis terre nascencium ex pluribus coniunctionibus. et si debilis uo
omnio in commenda conuenit namque in uti sciatur cuiusque parte ad predicta
Nam et hali inquit. Luna amenam facit et ipsa separata ab infortuna sollicite
applicans fortune post coniunctionem eius caritatem facit. similiter uenus frigidum separatus
in decima separata ab infortuna idem facit. et cum Joue in conuenientem sed signo
frigido uinum unius boni saporis et malj precij portendit sed recessima non pluribus

Aurum in uere propter ☉ in decima perueniens et sexta intercitalis. et eius
applicationem ad sextilem Jouis, generatum abundantem promittit et precium maximum
et quia longe ipse Sol abest ab infortunis et Mars pluries Lune impedimenta
recepit non sunt timenda laboratoribus eius pericula et damna In estate uero
propter Solem in cadenti et quadratum Saturni ad Martis incomoda minatur
suis. Similiter in autumno propter Solem in tercia perueniens et Martem in duodecima

Argentum et si Luna in decima sit perueniens et octaua introitus. In
quam extra dignitates recepta et Martis uerbis sepe radijs. detrimentum acci
piet et laboratores eius difficultatem et damna pacientur precium in medium eri
git In estate Luna in quarta meliorem statum facit sed quia post coniunctionem Satur
ni in Aquario signo mouetur et Mars est in octaua. laboratorum casus timetur
mouetur In autumno Luna in cadenti similiter Mars. in ipso capite draconis propria
et Mars oppositus Joui receptus ab eo partim bona partim mala genera eorum fert
In hieme Luna in sexta et decima Mars in ♉ et ♊. prosperitatem eorum promittit

Stannum in uere propter Jouem in ascendente intercitalis et octaua perueniens
sine dignitatibus medium tenebit statum. et in estate propter retrogradum. aduc in
maio septimum depressum habebit condicionem sed in autumno paruum felicius
in hieme uero quod Jupiter in signo suo in alio domo sexta in uenere...

melioratum portendit eius statum et laboratores suos ditare promittit.

Es et cuprum locus ueneris cum saturno in decima et parua digni
tate simulatam portendit estimationem sui. propterea quod parem in intercitali in 2
cum Mercurio et Marte in sua exaltatione resedit, in aprili et Maio lesa ab
infortunis. damna minatur et difficultatem in laboratoribus. et magis in esta
te quando radijs solis oppressa et iterum in duodecima erit. et aliis similiter.

Ferrum locus Martis in decima ~~perueniens~~ et sexta intercitalis bene fortu
nato. et precium et restauracionem bonam facit. sola Luna opposito illi radio minatur
in intercitali uel octaua In estate optima sed autumno deteriorem. post meliorem facit.

Plumbum quod Saturnus in aquario decurrens retrogressione impedietur. ut
uult Bonatus mouetur in quibus querit casus et laboratorum mortem portendit
unde hoc ~~anno~~ potissimum a Junio usque in nouembrem sunt cauti pluribus

Argentum uiuum quod est minera ut mater omnium metallorum locus Mercurij
in loco alto et dignitatibus sui amici sed Saturni et coniunctionem ueneris statum
et precium condignum facit. sed in Januario Maio Septembre et decembre predicit

De significatione pestis et egritudinum:

Ex reuolucione coniunctionum maiorum nullam uideo nec loco nec radijs pestem
portenderet. Ex anni quoque reuolucione nil talium inuenio. preter quod 26 Januarij
coniunctio infortunarum in signo humano scilicet aquario in quibus est Sol. et tercia
facies Libre ascendens, nocumenta pestis aeree portendat, sed quia in reuo:
lucione anni luminaria libera sunt ab infortunis. et Jupiter in perueniendi
octaua et intercitalis ascendentem possidet. domum uel octauas et sextam domorum
nec aspectu nec luminaribus obnoxii sunt, ea hec nobis salubritatem aeris promit:
tit et libertatem a peste. Saturnus in in signo humano retrogradus. et
Jupiter in signo plustrali et suo casu similiter regredit.: dum octauus perueniens
eius, mortes plures e medio tollet. maxime et ultime status hominis in fine
ueris et estate tota. Ex egritudinibus autem que generalius hoc anno affligerent
sunt egritudines pedum pectoris uentris que ut rel frigido ut calido rei
gnet in pectoralis sed humore concurrunt sumunt. quod signa dextra uel brest
peius sunt recadiuta et planete morbos frantaticos / hanc / qualitatem inducunt
accident inquam pluries Reumata Catarra. ulceraciones pulmonis idropisis Scia
Spasmi. etc. que longeua sunt in affligendo. et Joue Marte mordu uentus
et sanguinei, ex defluxu ad plurima membra, Quid autem portendat
eclipsis uentura in piscibus. differendum est ad tempus destinatum a celo
Infectio uero ex uicinitate regionum pestilenciae morbo afflictarum non astro:
logici est negocij.

De significatione bellorum atque pacis.

Guerrarum ac litium varie extant cause que vero a celestibus sumuntur
potissime ex eclipsibus et coniunctionibus infortunarum perspici debent, specialiter
vero ex Marte duce bellorum. Quia vero et si ad hunc annum nulle devolute
sint proiectiones malarum coniunctionum et eclipsium, tamen anni preterlapsi con-
iunctio ~~Saturni~~ Jovis et Martis in primo fere minuto Capricorni signi solsti-
cialis, ubi Mars elevatus est super Jovem, quo die ascendente secundum Cancri re-
ptus est. et acta est hec coniunctio in domo sexta figure preventionis hiemis.
Et 26 Januarii due infortune et Sol in eis in septima domo congressi inve-
niuntur, signo in humano. que due coniunctiones discordia potissime principum
excitabunt et populi adversus principes rebellionem. Verum ut determinemus
loca in quibus hec timenda sunt, sciendum est quod Infortuna non facit ma-
gnum damnum in regionibus in quibus concordat, quapropter non regionibus
que Capricorno aut Aquario subsunt timendum erit sed illis qui oppositis aut
quadratis aspiciuntur radiis utpote Arieti Tauro Cancro et Leoni subiecte
presertim homines Martiales et Saturnini quales sunt nostri hostes Tartari
et Mosci et alii nocerent a celo conciabuntur. caveant igitur partes pro-
vinciarum regni nostri et a feminitum furorem: et ab externis bellum im-
minens, potissimum in Aprili Maio et octobri, quippe et si Mars mi-
nitatur arma impotens ad hec inclinat. tamen currentis huius coniunctionis
magis excitabit illis mensibus tunc enim et pacta in aprili occiduum per-
agrat Venerem corpore et Jovem quarto ledens. In Maio Tauri dominus
ponderosis tunc retrocurrentibus et aliis applicationibus malis cooperantibus
ad hec accedit. in preventione anni Luna a Marte decedens, ut bellorum
iniquitates contrarietates, legum iniusta mortes effusione sanguinis fraudes rebellio-
nes subditorum: falsa testimonia: et eis mali furorem et furorem de-
minat. Homines vero et mali propter Saturnum in decima potentem in suos
elevabuntur rectores magna cum potentia non secus ac Martis conspectus

De inveterata secta Judeorum. capit.

Judei in prima quarta anni propter Saturnum in sua domo et gaudio scilicet atque
decimam domum cum Mercurio et Venere occupantem, fortunati erunt in ho-
nore suo et aliis se se intromittent negociis et magisteriis potissimum
mercatores eo Mercurius. et in libris suis: preterea honorem in oblivi[illegible]
fuerint propter Caudam Draconis in quinta et Venere cum dominum in decima

In estate fidei sue sencient preiudicium propter Saturnum in nona retrogradum
Mars quoque quadrato aspiciens ipsum ex undecima per ministros principum inferet
illis incomoda magna et quia Cauda in quarta domo per Venere dominam
loci ex duodecima quadrat a Veneris bonorum immobilium sentient pericula
In autumno multi eorum mortem obibunt, eo quod Saturni in octava retrogradi
sed hieme quia Saturnus a fortunis in sexta obsessus est conquiescebunt dominus [illegible]

De observatoribus religionis christi:

Cristiani vero hoc tempore propter Jovem in succedenti et Mercurium in decima iun-
ctum Saturno et Veneri, ingenio conabuntur honorem sue fidei defendere ac tueri
in magna et prima parte, sed aliqui ex hoc congressu Mercurii cum Satur-
no superstitiosis artibus incumbent. In estate minus feliciter vivent. nam Ju-
piter retrocedit et Mercurius in duodecima cadit, qui inter eos excitabit o-
cultas fraudes et insignias dolores. In autumno etiam et legum sencient de-
trimenta eo quod Mercurius retrogradi in tercia. Et Jupiter in sexta oppositus Mar-
tis infestus [illegible] a [illegible] eorum fretus [illegible] pervenient
hiems illis fortunatior per exaltationem sui status propter Jovem in decima
attestatur hiis preterito hanc sectam [illegible] in dominium Mercurii cadens:

De sectatoribus superstitionis Mahometice

Turci Mahometiste et Tartari cum Martis in prima utrusque potentis
fortuna eorum in bellicis rebus indicat ac signum Leonis cadens debilitabit
quamquam presertim Saturnus cum Venere oppositus eorum signo regi ipsorum angu-
stias etiamque gravitates et servitutes portendit. etidem Luna defluens a
Marte, sed in fine veris et estate potentes bello efficientur. et potissimum quia
Jupiter tunc predicentur regressione et Mercurius sexte corpore eius oppressus
In autumno eorum [illegible] cadit et in signo et domo duodecima [illegible]
illis minatur et signum oppositum Saturno timorem immittet et mortem. /

De statu sedis apostolice et prelatorum ecclesie

Verno hoc tempore Jupiter in signo sui casus decurrens desertum statum indicat verum
quia Sol [illegible] applicat elevabuntur in honore. idem testatur Saturnus
nonus dominus cum Mercurio et Venere sed quod ingeniosi erunt [illegible] in defende-
da fide sua. Verum etiamsi perspicient gravitates eo quod signum Leonis
in tercia oppositum Saturno. In estate propter Jovem Retrogradum et Mercurium
cadentes una cum Sole in duodecima, dissimulate contrarietates et inimicias
et externas portendit. In autumno quoque Mercurius in septima retrocedit et
Jupiter in sexta cadit signumque Leonis Saturno oppositum, impedita indicat

quia Mercurius in domo sua decimeclens (?) radiis beneficorum planetarum obviat sepius
et loca figurarum obtinuit felicia decimam scilicet intercidentis et alterius orta
tam nec ullis maleficis radiis afficitur. In hieme propter casum suum in terra (?)
et retrocessionem illaudabilem statum permittit. Fructus aut arborum et terre
generale ex effectu eclipsium Lune corrupta in magna parte destruentur intem
peris qualitatem aeris nimia siccitate nimio frigore. Et plante similiter vent

De salute et mortalitate viventium

Examinatis causis vitalibus et particularibus, cuiusmodi sunt coniunctiones ma
gne et earum revolutiones eclipses item lunarium et restitucionem signorum atque pla
netarum in figuris anni revolutoriis non invenio minas pestilencie communis
nisi locus signo virginis particularis pertimescenda foret. Luna namque in eo
signo eclipsata est orbis magni et temporis revolutionis domina. Solique qui est dispositor
opposita coniunctionibus quidem lunaribus infortunia sed opposita sunt. Verum quia ascen
dentia utriusque figure, octava sextaque domus et signa revolucionis coniunctionum
ubique evadunt et presertim et radios infortunorum, nec contra pestis tantum hic
portenditur sed egritudines fiunt maxime acute ex humore colerico. Tum Mar
tis partim et melancolico grosso ratione signi terrei, puerisque et omnibus mercuria
libus venientes plures e vivis tollent. nam Mercurius dominus loci eclipsis sub ra
diis solis. Martis oppositus patens (?) faciet febres ardentes, torsiones ventris, colicam
Matricis dolores, sciaticam, frenesim, minimum excreationem sanguinolenti sputi et.
Et ratione signi oppositi presertim sed in quo stat et Saturnus progreditur, pedum idropi
sis, spasmus, sciatica passio et multos molestabunt. Communis Jupiter in aquario
et signo pedum tauri poterit prodesse. preter hec aut non apparent aliquas con
figurationes ex quibus plura dicantur. Timor utique maior egritudinis non aliis
quam hiis regionibus sive hominibus qui signo eclipsis lune scilicet virgini, deinde piscium,
postremo geminis et Sagittario subiecti sunt. Generaliter vero aliis satis saluti
fer hic annus perspicitur preter ea que cuique sua genesis afferre poterit

De pace et bellis

Satis quidem intelligi poterit ex indicio utriusque eclipsis quid sentiendum sit hoc
anno de pace et bello. Et in summa dicendo. Cum ex occasione et significatione
Martis bella proveniat et ipse in utraque eclipsi non parum dominii sibi asci
vit sed quia regressione afficitur et dignitatibus primis non honoratur. et que sup
commutata sunt seditiones domesticas in vulgo et ancillatoribus (?) atque secretariis
regum concitabit conspirationes inobedientiam confederatiam in armis et stre
pitu dissensionum fraudes etiam magnas manifestabunt. passim propter Martis
locum tum in ascendente tum iterum ad decimam declinantis et retrocedentis. Ci
vium etiam erit ex eadem causa ne tante discordie ad effusionem sanguinis
veniant temeritate et furia subditorum. nam multa latrocinia rapine homi
cidia exinde orientur. quorum omnium et plurium iam descriptorum cause et
configurationes ex utraque eclipsi iam sufficienter examinate fuerunt ;—

De statu ecclesiasticorum seu spiritualium

Status spiritualium presidum et subditorum ex Jove potissime assumitur indicandus
et quia illa prima quam in principio examinavi lune eclipsis in domo Jo-
vis in signo scilicet piscium acta est et eius effectus adhuc in Januario incipi-
ens per maximum duraturus idcirco ad eum plurimum animum satis est relegere sup-
scripta de eo statu et spiritualium ad constellationem sui significatoris et promissionis
et ut breviter resumam multas habebunt tribulationes sacerdotes ecclesie propter oppositionem
Martem ad Jovem in sexta cadentem verum utrosque propter casum eorum Martis ab
ascendentis fortitudine adversarii eorum invido livore saciati non prevalebunt
tamen quantum volent. In estate quamquam firmata fuisset ecclesia in bono ordine ut quoniam in-
teriter verum quia Jupiter in dominatibus suum cum Saturno veniens retrocedi-
tur in Saturno in opposito Martis nihil proficiet in proposito derogationi sue plebis
et honoris a Martialibus innovato et possessionum eorum multa violentia
nisi in autumno quiescet hoc malum propter ultimam adhuc retrocessionem et
quadraturam Martis potentis in utraque figura. In hieme vero quia Jupi-
ter dominus Nove in quarta fortem obtinet situationem cum Saturno recipit dignita-
tem eminus stabilitas status spiritualium promittitur in possessionibus eorum firmita-
te et prospero fine rerum repletur assistent illis principes seculares nam cum Sole
feliciter se associant et infortunium non communicant in quempiam:—

De principibus secularibus et regibus

Ex causis iam nominatis innotescere poterit eorum status molestus et turbatus
plurimis insolentiis subditorum quamdecumque nihil fieri poterint agere semper rebelli-
onem et temeritatem sencientes et id potissimum in vere propter Lunam eclipsatam
solem opposito radio supra et Saturnum ferientem et propter Martem cum ea consti-
tutum in undecima etiam ad arma vulgus consurgit et gubernatoribus con-
traveniat sed tamen non prevalebit eo quod Mars retrogradarie resset de signo et
longe abest ab aspectu graduali luminarium. In estate autem administrationi
rerum et legum intendent plerique propter examinationem solis in undecima prevali-
tionis et in septima interitalis in termino Jovis et Saturni domini decimi. In
autumno congregationem divitiarum et thesaurorum cum detrimento tamen propter intendunt
propter primam Saturni domini decime in prosperitate in sexta et in interitali in quarta
in termino Veneris in quarto Martis aspectu. In hieme melioramentum in subditis
querent propter solem in sexta cum Venere et Saturnum cum Capite in quarta prevalente

In summa vero dicendo quia Sol a Luna eclipsata hoc anno bis diametro per-
mittitur et sepe ab utraque infortuna maliciosis radiatur aspectibus Saturnus vel
eorum dispositor in signo sive peregrino sibi retrogradatur retardabitur aliquamdiu
Martis lesus radiis idcirco semper infaustus eorum status portenditur et certa
sunt agenda principum multas difficultates habebunt nec sperate fruentur

De vulgaribus et lunaribus.

Vulgus sive communis populus per totum fere annum decursum adversis agitur fatis
Cum enim ipsa Luna brevi spacio temporis totiens eclipsim iterat defectionem
vulgi significat et cum suis presidibus diffidentiam propter loca eclipsationis eius
in undecima circa caudam et presentiam Martis retrogradi unde ob eam
causam varia incommoda in eorum personis et rebus a martialibus et invicem
persecutiones preferent Venus quoque ascendentis domina in sextam collapsa egritudi-
nibus eos molestabit. In estate quia Luna in quintam venit et dominium
Jovis domini ascendentis in pede sua letabuntur prosperati atque deliciis vivent.
In autumno quod Jupiter dominus ascendentis in sexta cum Saturno retrocedit
in quarto Martis iterum in sexta eorum sentient damna et diminutiones acquisi-
tarum rerum attestatur Mars idem in ascendente interitalis constitutus:
Nec in hieme apparet eorum status melior vel aliqua aperta causa:
nisi id vel prima significatio firmatur pro summa quod quibusque novis consulta-
tionibus et innovationes afficientur quibusque in bonis fortune damna et de-
predationes sentient tum ex parte rerum bellicarum tum ex parte angariationis
suorum dominorum inter se tumultuantes adversusque suos recto-
res multa tentantes in aliis prevalebunt in aliis quoque resipiscent etc.

De christiano populo et statu eorum

Utraque eclipsis significationem habet in hac religione prima namque precedi-
ens in piscibus Jovem altera in virgine Mercurium dispositores habuerunt
quorum utraque sunt et ambo signa super religionem Christi habent signi-
ficationem de qua quidem significatione satis dictum fuisse arbitror cum sin-
gulariter eclipsium illarum examinata sit potestas Nam utraque significatio in
malum tendit cui etiam attestatur revolutio coniunctionis significantis legem
Christi cuius perfectio pervenit in 25 gradum Cancri in corpus Martis et eundem
fere ascendentem in medio eclipsis prime et in altera utrumque signum ab
infortuniis occupatum reperio et oppositis quidem et altera Mercurio combusto

Magna igitur disceptatio et divisio significatur in religione Christiana ostinimumque dolo falsaque disciplina et etiam temeraria simulatione veritatis defendentur errores exorti et vix non devenietur ad repulsam armatam. In id scisma agitatum mitigabitur deo auctore et Martis cursu et retrocessione et aliis supra enumeratis causis. Multe etiam regiones Christianorum utpote que in eclipsium indiciis memorate sunt, ab infidelibus bellis infestabuntur, quibus utique resistere possunt feliciter propter potentiam iovis in maiori parte anni, si negligentia presidentium non obesset. Hec magis in vere et estate immo et autumno prevaluerunt.

De inveterata iudeorum secta

Quia revolutio coniunctionis secte Israel venit in aquarium et corpus Jovis in domum scilicet septimam preventionis et decimam introitalis, quapropter hec secta in vere fortunatos sentiet dies, accumulabit divitias et honorabitur a magnis principibus, quia in cauda altera eorum scilicet draconis eclipsis lune inserta est et Mars Saturnum opposita loco perfectionis inserit. Hec fortuna eorum in malum abibit finem. Diripientur namque eorum bona que cumulaverint et inhonorabuntur aliqua fraude interposita. Hec idem malum in estate augebitur propter commutatas radiationes et retrogradationem Saturni cum Jove in domo sua. In fide sua vacillabunt et male cogitabunt, legationibusque consilia querent propter Saturnum in nona in capite. Scilicet illi Martis senserint violentiam et predabuntur, itaque totum plurimi amittent. Nec mitior eorum melior conditio omnibus quartis anni sequentibus.

De secta turcarum et tartarorum

Revolutio secte Mahometice sic et Judeorum in aquarium venit et corpus Jovis. Mars item in utraque eclipsi potens repertus est, signumque Leonis decimam preventionis et septimam introitalis vicis obtinuit. Hec igitur secta animose multa aggredi volet, exaltationem queret et fines suosque possessionum augmentum. Et propter Martem in signo virginis eclipsis quidem retrocedentem ad oppositum Jovis bella Cristianis infliget, in quibus Cristiani cadent et ignominiose prostrabuntur. Et quia magnam partem regnorum suorum sub signo virginis habent, a viribus eorum illa bona invadentur et sanguis eorum effundetur multus ut a furore repleti refrigeriis negantur. Idem infortunium eorum in estate prescribitur. In autumno defortunio suo expandescentes avide ultionem querent et dolose agent propter Martem in scorpione in ascendente revolutionis et undecima preventionis, signo Leonis in decima et alibi in octava cum Veneris consistente. Idem hiems illis committet. Caveant igitur Cristiani principes ne ignominiam ab eis suscipiant.

De statu mulierum et venereorum

Quorum venus est significatrix ut sunt generaliter omnes femine, cantores, instrumentorum musicalium pulsatores et gratie universorum generum delitiarum et ornatus auctores, in vere non satis optatum habebunt statum. Egritudinibus namque molestabuntur etiam mortiferis. Nec veneris in sexta cadentis et retrograde domini ascendentis et octave preventionalis, cum Jovialibus utique amicabiliter vivent et ex eis senserint commoda propter aspectum iovis ad venerem. Associabuntque se illis homines precipue Mercuriales in amorem et intromittent se ad gaudia et vicia multa in bonis fortune sperantes. Nec veneris iuncte Mercurio in ariete et domo undecima sub radiis solis, figure introitalis, quadere etiam dolores capitis vehementer sustinebunt. In estate vero quia venus in decimam pervenit cum precio signo in preventione et in cuspide quinte introitalis cum suo domino propria locatur in trino Martis et sextili Jovis atque Saturni, bonis fortune siderea amicorum habundabunt, gaudebunt etiam donis plurimis, procurantes libratorum felices erunt et intromittent se de multis consolationibus, gaudiis, vestimentis novis et pulcrificatione. Non minus hec experientur in autumno et hieme ubi ultra sua solatia acquirent statum et multa liberalitate utentur omniumque favorem experientur.

De Mercurialibus

De his quidem singulariter dictum est in capitulo eclipsis Lunaris in virgine que primam significationem in eis habet, unde nisi Mercurius fuisset in lesus radiis solis scilicet oppressus opposito Lune aspectu et infortunatus colligatione, cum sit dominus anni huius, satis condignum statum dedisset suis. Sed cum ita male affectus sit, odia propter varium sentient Mercuriales, occasione alicuius erroris per eos suscitati egritudinibus ventris pectorisque molestabuntur et aliis afficientur malis que aliter cum suis causis enodata sunt. Et id quidem in vere. In estate vero quia Mercurius melioribus afficitur radiis et locis honorabitur dignis, honorem et debitam fortunam suis faciet. Sed in autumno scilicet eo tempore timeant ne aliquid erroris committant quo honori eorum nocere possit propter Mercurium in decima introitalis cum cauda et in octava preventionis constitutum, unde et eo tempore mors pueris suspicatur ventura. In hieme quia Mercurius cadet in terciam et nonam suis dignitatibus et retrogradus, deiectum statum portendit, mutationes de uno loco ad alium perquirendo in legis et sua gratia, quia cum ad Martis coniunctionem propinquat et per eius receptionem malarum legum et scientiarum errorem facientium sectabuntur in his venienes.

De polonie regno et prouinciis eius

Maior polonia et Russia alba in vtraque eclipsi non penitus malam habebit sig-
nificacionem In prima namque cum preteriti signum Tauri partem decime et partem vn-
decime domorum occupavit, et trino Jovis radiabatur venere in domo sua libe-
ra et expeditam constituta In precedenti autem veris tamen ad septima separabat ve-
nere extra radios infortunatorum ideo hec provincie animose et serio res suas tra-
ctabunt a principio februarii vsque in finem veris, bona inmobilia et possessiones
ampliare et augere satagent in bestiis tamen quadrupedibus damna sustinebunt
ex venere retrograda in ariete et domo sexta vnde etiam mulieribus eorum acci-
dent infirmitates ex mala complexione et stomachi malicia. quia tamen Mars vtro-
bique venerem male afficit ab hostibus sibi caveant. Tamen si que arma presense-
rint, facile ea spernant quoniam inimicorum suorum insidias vacillantes videbunt propter
Martis tum casum duplicem tum retrogradacionem egritudinibus multis et cum in
vere deficient, ex venere in sexta radios solis subintrante In estate propter
venerem in domo sua et decima partimque in vndecima in sextili Jovis fortu-
nata bona euenient in rebus fortune et in assecucione honorum et amicorum for-
tune et propter trinum Martis ad ipsam ex tercia facient itineraciones breues
grata supradictorum Et quia iterum venus in sua domo signoque eorum in figu-
ra introitali quintam possedit domum, gaudebunt de pueris suis, earumque pu-
erpere feliciter parturient, vt plurimum femellas. Sed in autumno eis cedit et
cum hoc propter venerem cum Mercurio in signis mediis in decima, honorabuntur
a suis principibus ob aliqua eorum industria facta et sapienter in effectum
deducta tum eos negociacionum tum miliciarum suarum et inimicorum In hyeme quia
signum Tauri septima precenvoz et ascendens introitalis occupavit. Et venus
in illa sedens in hac vero octava vtrobique sextili Jovis radiata, coniuges
operam dabunt cum prosperis et hereditabunt bona defunctorum. Et toto anno
conuenientem statum ducent nec pestilencie illis aduersus illis e celo portenditur
nisi infectio ex vicinis accederet partibus que signo virginis subiacent.
Minor vero polonia et podolia quia signum Arietis in precedenti veris in
sextam decidit et in introitali in duodecima pro maiori parte marte vtrobique re-
trogrado in opposito Jovis et iterum Saturni, minus convenientem habebunt statum
tum egritudinibus tum damnis in bestiis et feris tum etiam minimiis concuti-
buntque plurimum molestati. Nihil itaque agent strenue et si aliqua cogibunt
agenda pretermittent vbi agendum esset eos retrogradacione Martis eorum

ab egritudinibus tamen et morbis quos illis signum Arietis in sexta portendit venus
propria sua liberare promittet, et Jupiter sextili radians idem faciet. nec pestis
aliqua illis e celis significatur. etiam si contagio immineret facile compelletur
fortunarum radiis mediatis. Estas et autumnus pro vtraque polonia meliora signi-
ficant in omnibus agendis, quia signa eorum ex parte alta loca possident et bene
radiata, nec hiems illis aduersabitur, immo illis gloriam et honorem assequen-
tur rebus bellicis eos Martis in sua exaltacione et domo celi decima:

De regno Boheme

Boheme regno ex vtraque eclipsi non invenio aliquod malum notabile venturum
preterque quod grassacionem bellicam in vere prouocant. quia Mars eorum signum
peragrans regressione irritatur. hanc autem grassacionem a Jouialibus separabit quia
Jupiter oppositus in vtraque figura loca angularia possedit. Estas illis melius fauc-
bit nam signum eorum ascendens et sedam precenvoz et octava introitalis occupans
et extra radios infortunatorum sole debite eciam constituto, eos in sua heredibus
sanitate et commodiis felices efficiet In autumno eis non deteriorem habebunt statum
nam venus presencia sua eorum signum illustrat Et in hieme quia signum Leonis
decimam occupavit et eorum civitatem. honorati erunt fama et libertorum virtute:

De hungaria et sclauonia

Signum eorum in quadrato Lune eclipsate in vtraque eclipsi. et in altera Jo-
uis casus in sextam et oppositum Martis horoscopantis. profecto malum illis minatur
vulgi scilicet et subditorum rebellionem. hostiles incursiones et terrorem. quia tamen Mars
faciens eorum signum in vna quadrato. et in altera Jouem opposito, et retrogradacione
et casu in duodecima debilitatur. hostes eorum facile vincibiles et deiecti animi
reuenientur. et nisi hungari seditiones defuerint. quia signum et Jupiter in me-
liorem progredientur statum, facile inimicorum insidias superabit. suisque gloria et
possessionibus exsultent gloriose et id quidem in vere, quia in estate controuer-
sias et tarditate principum immo et discordia detenti vix aliquid agent strenue
Nam eorum significator Jupiter regressione debilitatur in domo sua Saturnus insequens
et signum Sagittarii in duodecimam introitalis cecidit in opposito Lune et Mer-
curii In autumno adeo prosperentur in suis actibus et partim expedicionibus opprimet
propter Jouem retrogradum cum ascendente precenvoz in sexta cum Saturno in quadra-
to Martis posito et In hieme melior eorum condicio in statum acquisicione
quia venus eorum signum in sexta precenvoz peragrat Joue in quarta et
sextili radio veneris constituto. In figura vero introitali Jupiter in vndecima
ad dominabus suum sperans pacem in sextili veneris fortunatos in omnibus efficiet

De ducatu Slesie et Vuratislavie

Hec quidem provincia et ducatus eclipses lune in virginis effectum, unde et alterius in piscibus signo opposito manifestius experientur. Unde turbaciones non mediocri iactura bonorum fortune et amicorum, quia in undecima domo acta est hec que in virgine et mortis liberorum, quia Mercurius in quinta a sole combustus est. Itinera quoque eorum non erunt prospera, quia in altera eclipsi Mercurius retrogradus in signo virginis in terciam ceciderat. Et tamen heresis iam transcendisse (ut pro presencia eorum loquar) molestabitur religionemque Christi infringere in eaque vacillare videbitur, deinde ne iacturam bonorum suorum honoris fideique sinere paratur consulat. Aderit quoque Martis formido pestilencie ex eadem eclipsi in eorum signo acta. Quoniam nec pacifica sit eius significacio sed magis bellorum et multitudinum discordiarum. In morbos acutos et mortem multorum repentinam videbunt, obedique peste ex genere morbi molestabuntur. Vicinorum suorum amiciciam custodiant nec controversias moveant sed motas extinguant. Quoniam Mars in eorum signo retrocedens bona eorum decipere et destruere in Maio et Junio potissimum minatur. Reliqua in indicio eclipsium que termina fuerint declarata sunt. In autumno quia eorum signum liberum est ab infortuniis et Mercurius cum Venere illud occupavit in decima intercalis signis et in octava preventionis, honorati videbuntur et fama clari nisi Cauda draconis aliquid eorum sinistri agere conatur. Iterum

De ducatu Lithuanie

Hic ducatus amplissimus signum Capricorni et suo planeta Saturno et Marti principaliter subiectus fertur. Quia igitur in eclipsi anni precedentis signum eorum in sextam deciderat cum Jove Marte opposito in ascendente et Saturnus retrogradus in octava occupaverat, plura adversa quam prospera reperientur, nam inimicorum insultacionem videbit, sed debilium si resistere voluerit et non aspiri timore atque benignitate in hostem. Morbis etiam afficientur mortiferis et multi eorum vitam relinquent videbuntur. Et quia in altera eclipsi in preventionali scilicet veris signum eorum et planeta melius sistebunt gradum, quoniam planeta adhuc opposito Martis retrogradi fertur, paulo meliora videbit sua negocia et per totam estatem et partem autumni quia eorum signum debilia possedit loca. Saturnus quoque peregrinus cum Jove retrogressione debilitatur, inficientur eorum negocia tarditate pusillanimitate et negligencia multa, quinimo tempore autumni in subditis suis magnam oppressionem sencient propter Saturnum dominum sedis preventionis, deinde cum Jove retrogradus. In hieme vero cum Saturnus derigetur et meliorem eorum efficiet statum, signum autem eorum in decima intercalis cum Marte, in honore bellico eos faciet sollicitos et gloriosos.

De prutenorum statu

Hec provincia signum Cancri et Lunam sortita est ex celestibus. Igitur ex Luna tociens deficiente lumine quoniam in sexta et xii signi Cancri gens prutenorum non habebit felices successus in vita bonis fortune et religionis. Nam in undecima et nona deficiebat Luna. Verum etiam quia signum Cancri in duodecimam cadebat domum Martis illic detrimentum Jovi et septima opposito, ideo Marcialibus infestabuntur insidiis, que saepius inopinate iacturam sustinebunt carceres et captivaciones experientur potissimum a Jovialibus et Venereis. In altera quoque eclipsi preventionis scilicet veris non meliorem habet conditionem signi nec planeta. Cancri enim in nona cadit et Luna eclipsata et Martis et Saturni leditur radiis, ista fortuna sublevante. Non bonam igitur experientur fortunam in hieme et vere ubi effectus earum eclipsium durabit, ubi nec in auxiliatoribus et fautoribus suis agnoscent spem vanam et dolum. Nec in aliis quartis anni apparet eorum melior significacio. In estate namque Cancer in duodecima venit, Luna vero in quinta consistit in quadrato radio Saturni et Martis et opposito Solis, quapropter in uxoribus et liberis suis molestias graves videbunt et itinerarum suorum incommoda percipient. In autumno nec loca nec radios stellarum habent bene fortes, quamvis etiam magnis incommodis non afficiuntur. Nec aliter in hieme, immo peius. Nam Mars ex sua exaltacione et domo tercia utrumque ex decima eorum signum opposito ferens radio, illis itinera et longa et brevia dampnifica promittit, et eo magis quia Luna in duodecima cadit et in sextili quarto Saturni leditur. In summa itaque toto anno nihil memorabile aget hec gens nec feret.

De Masovia Valachia et Russia.

Hee tres provincie signo Scorpii atque Marti subiecte traduntur. De Masovia quidem comprobatur videtur, que ex eclipsi in eo signo acta et mortem sive principis cum pestilenciam vulgi anno transacto perpessa est, iuxta doctrinam quam Augustinus Niphus Ptholomeo genere confirmat. Hoc autem anno et de omnibus loquor in genere, quia signum eorum in utraque eclipsi radios eius malefactores nil adversi habent. Mars enim retrogradus in virgine et Luna in Leone in quadrato eorum signi faciet eos marcialibus agitari suspicionibus et aliqua incommoda sustinere in estate et in bestiis domesticis propter Scorpium in sexta et iterum in sexta intercalis. In autumno vero quia Mars in eorum signo vertitur potens, nam undecima preventionis et ascendens intercalis occupavit, honoratos illos efficiet et amicissimos militiis ex bellico apparatu et rebus gloriose gerendis, quod potissimum prestabunt in hieme propter potenciam Martis.

De generali dispositione anni

Dispositionem anni generalem quo ad quattuor qualitates primas que scilicet
earum crebrior futura sit ex magnis celi configurationibus earumque revolu-
tionibus sed et ante contrarieque domus ceterisque planetarum habitudinibus in signis
introitalibus et preventionalibus dijudicari consuetum est. Quibus omnibus per-
fectis inter que alia pro temperie alia pro humiditate quedam pro sicci-
tate testificantur. Quo dispositorem huius anni 2m varias sui partes non
eandem habere dispositionem, nihilominus Mercurius dominus huius anni et Saturnus
et Mars ad instabilitatem tendunt, ventis sepius exasperantes aera interdum
nubes pluviosas circumferentes quas quidem humidiores ultra solitum estas su-
scipiet propter regressionem Saturni et Jovis in piscibus, navigantes tran-
situm inferre et procellis ventorumque vehementia multa damna facientes, cuius ad-
testimonium diametra radiis infortunarum in preventionali veris per retrogressionem
Martis reiteranda. Profecto quoque coniunctionis diluvii in signum piscium et pisci-
nam Saturni devoluta et oppositum Martis, pro intemperie pluviarum nubium
tempestatumque aeris testatur. Erat igitur hic annus ad humiditatem declinans
vero et ex premissis sit huius rei indicium. Singularum quarterum videndi
sunt dispositiones et mensium, scilicet ex suis dispositoribus alterande.

Hyems hec cuius principium fuerat post principium decembris
non expressiue gelidum portendit, quia ex loco lunaris ipsius Jovem habet
dispositorem calidum et humidum. Mars cuius loci dispositor et trinum attestans
est et latitudine septentrionali ascendentis. Venus quoque ascendentis domina ascen-
dens signum occupat in undecima, et sextili Solis. Quia tamen Mars in introitali sex-
tum quarterium quia domus ascendentis decime angulum possidebit et signum terre
itaque siccitatis quoniam portendit exasperare rigorem poterit et ventis propter
trinum Mercurii ad ipsum et receptionem mutuam eorum. Cetera quia duo ponderosi
si in signo calido convenerint, quarterium conabuntur efficere interdum parum
alterantes minibus, nisi aliunde locorum natura suam cum temperiem non per-
verterit. Quarterium igitur erit frigoris quam et mansiones signiferarum fere omnes
aut quarte aut sicce sunt, nec superfluet in gelido usque in extremum sui.

Plena Luna Januarii Die Circumcisionis domini hora
octava Mto 21 cuius dominus ex loco lunaris super terram est Jupiter in signo
angularis, et Venus particeps ex eiusdem loci et ascendentis libere, non erit
igitur nimium gelida rigidior tamen portendit coniunctio propter Saturnum principium

trino radiantem ascendens ex angulo terre et partem pluvie diurna ex opposito
et quia gradus Solis scilicet Mercurii in Sole iuncti ascendit cum una ex stellis que
Rigel dicitur ex natura Saturni et Jovis nubes gravidas et nivosas producit cum ventorum motu.

Dies Statim in primis diebus ventorum flatus cum interruptione monstra-
bitur hinc inde nubes humidas alibi nivem spargentes discurrendo ratione Mer-
curii cum Sole orientis et eiusdem aspectus trini ad Martem in cuius coniunctionem
pertransit pars pluvie et mansionem ventosam. Sabbato sequenti immediate quia Luna
applicat portam supra Saturnum existentem in mansione sicca et Mercurius Satur-
ni oriens Marti per trinum applicuit. Luna in mansione humida ventorum erit
maior commotio cum frigore acerbo et humiditate brumali. In crastino Epi-
phanie et ante parumper Mars retrogradus nubes tenebrosas ventis disper-
get et quia in oppositum Veneris accedit Luna parti pluvie coniungetur in man-
sione humida humiditatem nivalem et pluviosam plerisque ministrabit.
Sabbato post Epiphaniam et circa ultraque maior intempestas qualitatum
aeris tum ex vento tum ex nimia abundantia, propter Venerem applicantem
portam supra Martem in gradu partis pluvie et propter oppositum Solis coniunctum
cum stellis nebulosis, mutuam quoque signi eiusdem. Sequentes quoque dies instabi-
les erunt ventis et humiditate ratione stellarum fixarum de natura Martis et Mercu-
rii occidentium in ortu Solis, itaque nubilosus hic mensis absumetur.

Noua Luna Februarii Feria sexta die Marcelli hora quin-
ta Mto 52 noctis sequentis hec ad temperiem tendit mollientem frigora et ven-
tis calidioribus resolutionem parabit ratione Saturni dispositoris sui sub radiis
Solis in mansione sicca decurrentis et Veneris domine anguli sequentis ibidem
in cuspide culminantis cooperabitur ad hoc Jupiter ad Solis centrum transiens
et pars pluvie mensurna in dominium Jovis et sextilem eius radium applicans.

Dies Eodem die quia Luna post coniunctionem Jovi per corpus applicat
et gradui scilicet partis pluvie in mansione sicca temperabitur aer calore spi-
ritus interdum nocte roribus refrigerantibus asperius. Feria secunda in festo Fabiani
et post maior apparatus ad resolutionem miscentem interdum humiditatem nivalem
cum flatu vehementiori ventorum calidorum. Nam tunc Luna opponitur Marti re-
trogrado et Jupiter coniunctus est Soli in mansione quarta et Luna Veneri
in sua exaltatione et mansione quarta. Dominico die Conversionis Pauli et
ultra contra rigescet aer et aliquis nivem rursum demittet vento agitatam ex
Luna et parte pluvie circa hyadas et pleiades decurrentes et ex applicatione trina
Mercurii ad Martem Venerisque transitu in Arietis signum et oppositum Lunarum

plena luna februarij Sabbato ante purificationis festum

hora 18 minuto 30 cuius dominus est Saturnus ex potestate dignitatum in loco lumi-
tis et angulo sequente tum quia est illi luna applicans per oppositum aspe-
ctum magnam portam cum Sole Mercurius item particeps eorum ascendentis frigi-
gelidior experietur nam et coniunctionem Solis petit. Communis Jupiter cum eis in
eodem signo temperate nature temperare nititur potissimum diebus oriendo cum Sole.

DIES Eodem die gelidius apparebit eo quod Sol est in loco stelle nebulose
et Luna Saturno opponitur aperitque portam in gradu pluvioso In crasti-
no Blasij Sol oriens rursus una nebulosa et Mercurius aquarium ingrediens ven-
tos concitabit frigescendo nivem et humiditatem frigidam deducentem per aliquot
dies A die dorothee pluribus diebus sequentibus varietas et inconstantia
multa aeris movebitur namque celum tum ad humiditatem nivis pluvie
frigoris acerbi nubium grossarum transitum et gelacionem Et quadratura
Luminarium Luna existente in pluviosa mansione et Mutationem Solis ac Saturni
coniunctionem in signum piscium et partem pluvie in sagittario ad quartum eorum Rerum (?)
Feria septa in profesto Valentini tota hec intemperies ad ventorum flatum dis-
sipabitur et resolvetur ad calorem et ventum serenum Ex Mercurio appetente
sibi portam supra Jovem per coniunctionem et ex Luna super Saturnum coniuncti-
oneque eius cum Jove et Mercurio in mansione sicca et separata.

Noua luna Martij Dominica Carnisprivij hora 22 minuto 26

Calori favebit et claritati eo quod Jupiter eius est dominus et angulum angulorum septi-
mi possidet Et in Martis domo anguli sequentis cum primum post Solem op-
posito applicat imbrem Stationarij instabilis erit nam ventos sepe movebit

DIES Eodem die Luna separata a Saturno aperiensque illi portam super Solem
poterit afferre nubes humidiores Feria sexta Carnisprivij et ultra ventorum
concitatio fortis et non rigido aere protendetur nives afferens nivium et
cito post resolvens Ex Martis statione ad directum in opposito Solis Et Sex-
ta feria ante petri magis vero diebus sequentibus constringetur et horre-
scet aer frigore acerbo ventusque frigidus turbabit celum nubibus et humi-
ditate ingrata Ex Mercurio signum mutante et coniuncto cum Saturno in
quadrato pluvio Et id magis eveniet die petri et Mathie ex quadra-
tura Luminarium Retrogressione veneris et oppositione Martis cum Mercurio
que quidem oppositio Mercurij ad Martem in signo suo detrimenti ven-
tos sepe concitabit cum humiditate interrumpendos eorum signi aquatici

Veris inicium et anni astronomici reditus

ab oppositione Martij sumetur Cuius quidem dispositores erunt Mercurius ve-
nus et Mars Et quidem Mercurius inde patet quia cum hec precurrente eclipsa-
lis in signo virginis facta est domo exaltationis termino facie et gaudio Mer-
curij ipse opposito aspiciente radio Lunam et signum et a quo luna immediate de-
fluxit et opposita est Soli. Venus autem ideo quod ipsa sit domina ascendentis libre scilicet
et loci Mercurij. Mars autem quia signo virginis presens est et Saturnum opposi-
to sit radio qui sol ascendens et angulum precedentem disponit Ex his igitur
ver ipsum instabile indicandum est nam sepe ventis agitabitur etiam serenum
bis namque humectantibus Communis nec sereno et calori temperato carebit cum Jo-
vis orientalis ante solem sextili radiato sepius nubibus impedietur interdum
pluvias dabunt lenes et que inundationem fluminum parabunt eorum veneris
et Martis retrogradationem In medio vero sui serenum erit effectu eclipsis con-
iuncte et loci calidi et ignei plurium et principalium dispositorum eius.

Plena luna Martij que in umbra terre eclipsabitur et de

cuius significatione prius est dictum erit dominica reminiscere hora 3 minuto
45 noctis sequentis que communis pro claritate disponetur minime tamen stabilis erit
sepe ventis nubibus humiditate alternanda Ex Mercurij sui dispositoris
sub radijs et oppositi infortunati et coniunctione pluviosa cum Marte

DIES Eodem die vix poterit apprehendi lune obscuratio propter inquietum
celum pregnantium nubium multitudine et alibi pluvia profusa ex causis
memoratis et Luna eunte ad pluvium in mansione humida Feria sex-
ta et sabbato sequenti ventorum flatus alias disperget nubes alias afferet plu-
viam Ex coniunctione dispositoris mensis Mercurij scilicet cum sole et quadratura
ponderosorum omnium ad Lunam in mansione pluviosa Die dominico Mars per
retrogradationem Leonem ingrediens et Venus intrans Arietem et quadratura lu-
minarium maiorem intemperiem aeris concitabunt ventus precipue et nubium disper-
si pretereuntes solis claritatem attestatur huius ortus vespertinus stella communis mag-
nitudinis Alramech vocata de natura Jovis et Martis Die Gregorij pape
venus iuncta Mercurio per retrocessionem nubibus adumbrabit solem et ven-
tulum concitabit quia utraque a Luna sextili radiatur Et in crastino Gregorij
tempestas maior ventorum propter coniunctionem Jovis et oppositum Martis cum Luna
in mansione sicca in calidis aut regionibus coruscationes et scintillationes in a-
ere videbuntur alias aut cum calore excessivo et sereno celo transibit

Noua luna Aprilis feria tercia post Letare hora 13
Mto 26. in successu dierum calore et claritate procedet ex Marte suo dispo-
sitore in Leone. Sed quia adhuc regreditur et Venus sibi alii precipiens. sepe
humiditate alterabitur sed temperata quia via longa luminum est mansio ypata

Dies Eodem et priori die Venus coniuncta soli et Luna duobus inferioribus
alteri retrogrado alteri mutanti latitudinem. congregabit nubes. que vento agita-
te aliquibus pluent leviter aliis obvient. postea aer temperatus erit et gratus
nisi [illegible] Judica. Venus intrans pisces humectaret paululum. interpolatis
horis. In profesto Annunciationis Marie maior commotio nubium humiditatem appa-
rebit et ventorum flatus vehemencior aliquot diebus. ex Statione Martis
Mercurio mutante signum. et applicatione Mercurii ad Jovem et Martem. Feria
sexta precipue cum pluvia molesta et nubium ingrauescencia. alicubi vero
cum tempestate coruscante propter ponderosos duos in opposito Lune et Martis [illegible]
sue Luna coniunctorum in mansione humida et eorum perplurimis in [illegible]

plena luna eiusdem feria tercia post palmarum hora 13 Mto
28 hec calidior erit eo Martis dispositoris in Leone latitudinis septentrionalis.
In hac maior fortitudo significacionis eclipsis visae in piscibus apparebit

Dies Circa diem Lunacionis. ventilatio refrigerans. alicubi humiditatem
afferet ex applicatione Saturni cum Mercurio in mansionibus humidis Feria quinta
magna. in calidioribus estus magnus. Sed in nostris nubes grandine interrupient
claritatem plerisque pluuia dedicent precipue circa Sabbatum ex quadratura
Lune ad ponderosos duos et mansionibus pluuiosis et Statione Veneris Feria
tercia et quarta pasche. ventorum commotio validior. ex applicacione Solis ad duos
ponderosos et ventosos Feria sexta sequenti. tempestas procellosa ventosaque in-
surget. plerisque tonabit graviter cum ymbre. Eo Lune applicatis [illegible]
superioribus orbibus descendentibus in mansionibus siccis. [illegible] Marte in pluuiosa
Deinde calor augebitur nimius. nisi in conductu pasche Sol et Venus [illegible]

Noua luna Maii feria quarta post conductum pasche hora [illegible]
Mto 31 nec serenitatem pretendit cum claritate. eo Martis in culmi-
ne celi dispositoris sui Sed quia sol oritur cum stellis pleiadum et [illegible] retro-
di in domo sua Veneris refrigerabit interdum et inquietabit aera

Dies feria sexta proxima instabilis aer ex ventorum concussione et fri-
gore asperiore nubiumque ingrauescencia plerisque niuem aut pluuiam frigidam

afferet per plures dies ex quadratura Lune et pleiadum ad ponderosos eos
et statione item Mercurii descendentis a coniunctione Lune et dictis pleiadibus.
Die Alberti et circa. molestus aer ex calore et estu aliis ex tempestate ymi-
brium et coruscationibus tonante. eo quadrature Lunarium. et mutacionis Mar-
tis in signum virginis. et applicatione duorum ponderosorum cum Luna in mansi-
one humida et item ex mutacione Latitudinis Mercurii retrogradi

plena luna Maii feria quarta in crastino Vitalis hora
13 Mto 22 hec constancior in calore erit et paucam alteracionem admit-
tet eo Veneris et Martis dispositoribus signum [illegible] ~~[illegible]~~ occupante

Dies Circa diem opposicionis Mercurii iuxta Solis ventulo agitabit aerem
Die Gothardi et Floriani. frigus horripilans. precipue mane et nocte ex Sole
cum pleiadibus oriente. In certis aut locis nubes dissoluent humiditate fri-
gida et ventosa. eo quod Jupiter in domicilium suum transfertur alias estus.
Die Stanislai ymbrem minatur celum alicubi cum tempestate coruscante
ex quadrato Lunarium. et coniunctione Lune cum Jove et opposicione cum Marte in
mansione sicca. et ex opposicione partis Lune per coniunctionem solis Saturnum
Diebus rogacionum. Mercurius Stationarius refrigerabit horas matutinas.
ventilans quoque hinc inde dissoluet nubes et rorabit Die ascensionis domini
et circa claritatem et estum sepe nubes interrupient ventique pellent ple-
risque frigidum dimittent ymbrem ex Luna circa pleiades et coniunctione
eius cum Mercurio in sideribus hyadum precedente atque quadrato Jovis cum Sole

Noua luna Junii feria sexta in crastino ascensionis domini
hora undecima Mto 16 in parte clara et calida ex Mercurio in man-
sione ypata et orientali et in parte grandine et pluuiis tempestuosa
ex quadratura infortunarum inter se et cum Sole atque cum Luna radiante

Dies Eodem die adhuc ventus non quiescet surgentes nubeculas tran-
scuntes. Deinde ortus Solis in quarto Jovis cum corporibus Tauri de [illegible] Mar-
tis et Mercurii postea calor estuans continuabit et exaltacionis [illegible] vapores
Feria autem quarta et magis die sequenti cum aliis Infortunarum cum Sole appli-
cacio et inter se mouebit alteracionem notam iam tempestate tonante iam
nubium grandinarum habundancia. multa pluuia et interdum grandine
coruscante. ita ut vix purgabitur plene celum usque in opposicionem
clarescente tunc eciam Sole et estuante. eo quod mansiones planetarum ypa-
te et sibi equales sunt cum humidis et Luna sit in [illegible] plenius descendit

Plena luna Junij feria sexta ante festum Trinitatis ho-
ra undecima minuto 31 ex Mercurio dispositore suo non uniformis exi-
it calore sepe namque humectabit interpolatis iterum ventis siccantibus
et dissolventibus pluvias racione Mercurij in domo sua et orientalis

Dies Priori die impletionis Venus Taurum ingrediens pluviam demit-
tet et nubes candidas suscitabit Deinde clarescit ex sextili Veneris cum
Jove et diebus sequentibus Mercurius Jovi per oppositum applicans et respiciens
ipsum apprehensis portam ventos fortes excitabit et siccabit elementa sui
attestatione Orionis stella cum Sole ortum faciens In crastino corporis domini
quadrata lunarium et applicatio lune cum superioribus et inferioribus tempestates
ymbrium et coruscationis concitabit aliis caumate transibit molesto Et
sabbato post venti consurgent primum humidi post frigidiores ex quadra-
tura Saturni cum Mercurio et sextili Veneris cum Saturno et ortu septen-
A die Barnabe per plures dies Stacio Saturni et Jovis nubium obscuritatem
aggregabit interdum grandinem tonitrua et pluviam dissolvendo largius

Estas Mercurium Jovem et Martem habet dispositores unde calidam esse
per conabitur verum nequaquam perstabit uniformiter in calore sufficienti
huius quarte Nam Saturnus cum Jove in eodem signo retrogradi nubibus
turbabunt aera sepius debitum distrahentes calorem Jupiter tamen pro posse in-
temperiei pluviarum resistit sed lenibus duntaxat humectabit et forte quinimmo
et propter plures applicationes planetarum ventosorum et in signis ventosis concitabunt
interdum venti dispergentes et nubes et pluvias eiusque continuitate magnam
partem humiditatum consument precipue in eius prima parte et postrema Et
erit itaque estas constans et sufficiens in calore ut natura eius requirit

Noua luna Julij Sabbato ante Viti hora 19 minuto 18 In
qua quidem Jupiter cum Venere et Marte portendunt debitum calorem sed re-
trocessio duorum nubilositati succedent in parte precipue circa diem noviluni-
etiam cum pluvia quam ventus agitabit ex quadrato Martis et Mercu-
rij tandem temperies ex trino Jovis cum Sole Feria quarta ad noctem oc-
cultatus vespertinus equinalis Luna opposita superioribus duobus et Mercurius cauda intrans
tempestatem concitabunt pluviosam et coruscantem Item feria sexta die pro-
tasij tempestas exurget ventorum cum tonitru et pluvia Roe stelle alhabor
cum sole Feria Joannis ventulus refrigerabit ex applicatione Solis Mercurij et Saturni

Plena luna Julij Sabbato in festo Ladislai hora 1 minuto 18
noctis sequentis ex Saturno dispositore et utriusque partis procedet non sine nubibus
tamen et humiditate eo quod locus luminaris tunc est mansio humida Sed et Saturni

Dies Circa diem plenitudinis lune parum humectatio videbitur ex Venere ge-
minos intrante et Marte libram sed pluribus solis nubeculis transibit nisi pre
pluvie in oppositum Saturni veniens adderet pro pluviosis Die visitationis Marie
ad noctem quia Sol iungitur stelle canis et Luna iungitur Saturno et Jovi ideo
varietas aeris consurget et ventus cum Mercurij signum mutante et pluvia
Die procopij quadratura Veneris ad Saturnum et oppositus Martis ad Lunam gra-
dinem aut ymbrem validum producent posthac nubibus decurrentibus diurnis
Feria quarta ante Margarethe Luna circa pleiades humiditatem promittit

Noua luna Augusti Die dominica in profesto Margarethe
hora 2 minuto 58 noctis sequentis ex Jove quidem gubernatore et Venere marteque
et calorem promittit debitum Sed propter plures in se mutationes planetarum
in signis et applicationibus non admittit constantiam nubium varietate alterada

Dies primis diebus instabilis aer nunc pluet nunc ventum concitabit nu-
bes dispergentem ratione Martis mutantis latitudinem et Solis in pectali stelle et ma-
xime humida mutantis signum et partem pluvie in opposito Lune Feria quarta
die divisionis apostolorum fervor remotio ad pluviam ex Luna circa caudam oppositam
Saturno et Jovi et ex occasu Solis cum stellis nebulosis postea continuabit
estus In vigilia Magdalene duo inferiores mutantes signa lentam plu-
viam deducent quam disperget ventorum flatus pluribus diebus duraturus ex
loco Mercurij et aperiens porte cuius super Jovem per oppositum et ex occasu orie-
pisces matutino de mane oct et K Jupiter autem ad aquarium retrocedens usque in
oppositum exorabit terram et nubeculas ventis expellet cui cooperabitur venus cum Luna

Plena luna eiusdem feria sexta post Jacobi hora 16 minuto 25
habet a principio quasi remissior in estu ex Saturno principali dispositore cum
Mercurio opposito tandem debito calore procedit ex Martis participatione

Dies Eodem die et sequentibus Saturnus cum Mercurio oppositus instabilitatem aeris
venti refrigerantis et pluvia Feria quarta Solis occasus cum Alhabor stella et
Luna transiens cum ortu Jovis apprehensaque sibi porta super Saturnum in opposito
partis pluvie maiorem tempestatem ymbrium concitabit etiam cum tonitruis
Die petri vincula aquila oriens Sole oriente concitabit tempestatem nubium
precipue ymbrium affluentem aliis sicco vento inquietabit aera diurnaliter

Feria tercia proxime sequenti variacio aeris nunc pluet frigide nunc nubes transibunt steriles radiis claris interdum lucentibus. ex quadratura luminarium Luna circa pleiades et sole ad nebulosas et pedem pectoris transeuntibus. Deinde rarima venti ex ortu et occasu Cordis leonis cum sole usque in coniunctionem

Noua luna septembris

Feria tercia in crastino Laurencij hora decima minuto 32. a Joue et Marte mercurioque disponitur. vnde a principio ventosa plurimum pluuiosa erit et ad finem refrigerabit moleste. precipue nocturnas et matutinas horas. propter solem ad oppositum Saturni transeuntem.

Dies Eodem die et pluribus sequentibus venti tempestuosi. nubes fulmina et tonitrua suscitabunt. alibi stilla pluuiam sepius excitabuntur. ex statione Mercurij. opposito Jouis cum sole altero in mansione sicca altero in humida consistente Mercurij. In crastino assumpcionis redibunt dies pluuiosi et nebulosi. tempestas interdum videtur ex loco solis Martis et veneris mutato ad alia signa. Et ab hinc continuabit pluuiosum cum frigore acerbo. ex ortu solis cum stella Absarc de natura Saturni et veneris. et ex quadrato Martis cum venere atque opposito Solis cum Saturni

plena luna septebris

inmo deficiens in luce. sed in sequentem usque annum suos effectus distulit. Feria tercia post Bartholomei hora 9 minuto 10 noctis sequentis Jupiter eam disponit cum venere. vnde tempestas fiet in parte diei

Dies Eodem et proximis diebus instabilis aer ex ventorum flatu et nubium dispersione ad pluuiam. ex applicacione lune ad stellas et ex coniunctione Mercurij cum sole in loco pluuiali. postea clarescet tempus. Die Egidij et in crastino Mercurius stans mouebit ventos fortes et frigidos. cum conspirabit omnes matutinis horis. et Luna a pleiadibus decidens et sextum solem postea apparente quadratum pluuiam miscebit. aliis solis nubium dispersione apparebit Reliquos dies pulcre disponitur

~: **Autumnus** a Mercurio gubernabitur et venere. Et si in prima sui parte aduenientes nubes non absumunt propter saturnum retrogradum in opposito Mercurij et veneris In estate cum constanciores fiet et naturalem qualitatem suam seruabit in siccitate conueniente et eo magis a medio sui usque in finem. ex assiduo flatu ventorum

Noua luna octobris

In crastino Natalis Marie hora 19 minuto 50. sed Mercurij sicca erit et ventosa. cum frigore eciam mediocri

Dies Statim a principio venus mutans signum. pluuiam minatur modicam Die dominico et die Crucis maius disturbium humiditatis frigide et nubium ingrauescentiam infrigidans. ex loco solis et opposito Saturni cum venere. et

quadraturis lune. Feria sexta sequenti venti dissoluent nubes. hinc inde desuper pluet vberius. ex quadratura Jouis cum Marte. postea clarescet sed venti non cessabunt. Die Mathei luna cum superioribus tribus ad humiditatem pluuie concitabit

plena luna octobris

Feria quinta post Mathei diem hora 2 minuto 22 noctis sequentis ex Marte et Mercurio tempestas erit et ad calorem aeclinata tempestatum

Dies Sabbato in profesto Stanislai et die dominico varietas aeris ex contrarietate nubium pluuiosarum et ventorum flatu. propter Mercurium et Martem signa mutantes. Die veneris maior dispositio ad pluuiam. ex luna circa pleiades apparente portans Saturno. Feria sexta ante Francisci et prius nebule et obscuritas nubium. alicubi cum pluuiis. ex quadratura luminarium et infortunarum Feria sexta in crastino Francisci siccus status aeris ex statione Jouis. loco veneris et luna opposita superioribus

Noua luna nouembris

Feria quinta post Francisci hora 6 minuto 26 noctis sequentis ex venere disponitur ad temperiem cum Jupiter ad id cooperabitur

Dies Circa primos dies ventilacio leuis interdum vehemencior cum nubium dispersione ex statione Jouis. trini ad solem Die dominico pluet cum maiori vento. ex Latitudine Mercurij mutata et applicacione infortunarum ad Lunam Die hedwigis et sequentibus nubes pluuiose aggregabuntur et sepe pluet ex Sole et Mercurio mutantibus signum et applicacione eorum. et usque in finem mensis varius aer conspicietur

plena luna eiusdem

Sabbato ante festum Simonis hora 19 minuto 20 ex Marte ad serenum et calidum disponitur in maiori parte. propter principium

Dies Eodem die nebulosum ex statione Saturni et sole atque luna cum stellis nebulosis decurrentibus vnde frigus exacerbabit et humiditas hiemalis et niues. Die Simonis et Jude pluuia ex venere mutante signum. Ab hinc quadratura Jouis cum Mercurio et trinus cum Marte. ventos suscitabit siccos et frigidos cum nubium dispersione Die omnium sanctorum nebulosum Mercurius faciet et frigidum. Feria quarta sequenti gelidum ex quadrato Saturni cum Mercurio et sole in pectore. aliquibus ninget modicum

Noua luna decembris

Die Sabbato in crastino Leonardi hora 19 minuto 20. ex marte purum tempus mox se se ad gelua disponet.

Dies Circa diem lunacionis ventus frigidior nubes dispergit humidas. ex Marte signum mutante et aspectu solis ad Jouem Deinde tempus perdent dies. usque ad dominicam post Martinum vbi aspectus solis ad Saturnum. apparet postea et gelu splendet. aliis aut nimbus et humiditate brumali turbabit aerem diurnis Die presentacionis Marie ninget plerisque locis vel mixta pluuia cum niue demittetur. frigore affligentur Ex luna circa pleiades decurrente et veneri mutanti signum opposita in mansione humida et pluuiali :

Plena luna decembris Dominico die ante Clementis hora 10 post
21 noc. seq. Ex Mercurio sepe variabitur, et Jupiter parte serenum efficiet
Dies Eodem die humiditas nivalis septa glaciabitur, ex Venere imitante
frigorum et applicatione eius cum Venere et Saturno, et istorum quadratura frigora
afferet cum nubibus nivosis precipue die Catherine et ultra Dominica adventus
ex applicatione Lune ad omnes planetas et solem, stellis aer speratur. Stellis autem
Saturni cum Mercurio ventum addet rigidum. Die Barbare usque in crastinum
Nicolai venti rigidi flabunt continue mixtis aliquando nivibus aliquando pluviam fri-
gidam propter stationem Mercurii et quadraturas Lune ad pondus reper.
Hiems futura ex Jove et Marte temperiem portendit, et ex leviis
atque applicationibus omnium planetarum intensa gelua non permittet, sed spato me-
diocri frigore et dierum serenitate procedet, interdum nivibus habundabit et hu-
miditate frigida prout locorum diversa fert natura.
Noua luna Januarij feria sexta in vigilia conceptionis
hora 11 post 12 noc. prec. ex Jove et Marte temperiem favebit et clari-
tati nec multam variationem sustinebit preter hanc que erit in medio.
Dies Circa diem Lune intendetur frigus ex sole in puncto et Marte
Venereque discurrentibus in domos Saturni. Feria sexta contra remollescet ven-
tis calidis et nivium habundantia, durantibus his per plures dies remit-
tentis in claritate ex radiatione plurium planetarum inter se et cum sole. Sab-
bato ante Thome ninget abunde et frigescet ex Luna cum pleiades et quadra-
Plena luna Januarij feria tercia in crastino Thome apostoli
hora precise occasus solis, ex Jove circa tempus promittit per naturam hiemis
Dies Eodem die paucam mutationem ad humiditatem brumalem, ex Saturno
participe culminante cum Jove. Die Stephani et Joannis inconstans celum
ventimotus et frigore acerbo usque in diem Thome episcopi, ex statione Mer-
curij et quadraturis Lunarum et inferiorum cum Luna. Residui duo dies
temperati et pulchri ex coniunctione Solis cum Venere :—

N S
K
j

187

Judicium astronomicum ex figuris celestium
anno salvatoris nati 1 5 2 8 firmatis
Inprimis super annua revolutione mundi
Deinde super eclipsi Lune in 10 ♓ gradu
anno retroacto vise et cuius
eventa hoc anno eveniet
Demum super coniunctione minore Satur-
ni et Jovis continuante triplici-
tatem aqueam et aliis quinde-
cim superiorum et inferiorum
in eodem signo piscium
facie una: mense v-
no: aggregatis
per magistrum Nicolaum de Shadek ad
honorem dei altissimi celorum recto-
ris et utilitatem mortali-
um accuratа dilige-
cia et fideli mi-
nerva colle-
ctum.
K
B N

Antequam anni proposito astronomica computatione 1 5 2 9 pronosticationes
aggrediar, primum quartam hiemis anni iam iam labentis in suis qualita:
tibus et mutationibus describam, eo quod principium anni nostri a reditu solis
in articulum successive et demum in hac quarta coniunctionis planetarum (vnde pre:
fato memorie) accedunt ad revolutionis principium anni dicti comparande et di:
iudicande iuxta Albumasaris et communem astrologorum opinionem: ~

Hiems ex natura propria frigida est et humida flegmatica; verum
celestibus causis aliquando augeri: ut et dissilibus in contrarium vel in minus
disponi et alterari potest. Presentis igitur hiemis qualitas et dispositio ut
ex ingressu solis in Capricornum auctore Albu. et figura lunarium coniun:
ctionali immediate precedente ptolomeo teste deprehendi poterit, non minus
etiam ex presentia ponderosorum et inferiorum in tribus signis predictis quarte
eorumque adiuvamen et in luminaribus radiante in suis naturalibus qualitatibus
frigiditate scilicet et humiditate hac parte disponetur. pro innata namque gelliditate
temperie quadam restringetur. in humiditate vero superhabundabit nives scilicet
excelsas et pluvias inundantes et regionibus frigidis insolitas effundendo. in ul:
tima potissime sui parte nubila, caligines resolutionem minimum continuando: ~

Ratio autem talis dispositionis hec est: quia dominus preventionis lunarium in 23 gradu
Jupiter: in signo aereo a sextili solis radiatur et in domicilium proprium signum
scilicet piscium properat: in sextilem omnium fere planetarum radiorum. Mars quoque dominus ascendentis
et anguli anterioris in Scorpione suo signo consedit in quo, haly teste, temperamentum
tum hiemis prestat. Est quoque in mansione humida que contemperat siccitatem eius.
sicut Jupiter in sicca in qua etiam stelle fixe de natura veneris et mercurii. In fi:
gura quoque introitali Mars medium celi obtinuit: angulorum antecedentis et sequentis dis:
positor. principalia loca utriusque figure introitalis scilicet et preventionalis: mansiones
sunt aut calidarum aut temperatarum. igitur gelu huius hiemis temperabitur proportione quadam.

Quod vero in humiditate excedet patet primo ex sententia Alkindi dicentis: dum sol
singulas quartas anni ingreditur, Jupiter notandus est et per ipsum iudicabis. Et Messa:
halla in libro de coniunctionibus dicit: Cum plures planete coniuncti fuerint in signis aqua:
ticis multam pluviam significat et maxime si adiuverit tempus id est si fuerit hiems.
Et infra: Cum plures ponderosi fuerint in signis meridionalibus multam pluviam pro:
mittet. et eadem est regula de coniunctione Saturni et Jovis et huius cum Marte. et a
fortiori duorum inferiorum quoniam sunt et natura pluviosi in signis aquaticis. Sed in hac quarta
Jupiter est in signo aqueo et deputato similiter pluviarum multitudini. Et omnium planetarum
expectatur in eo coniunctio in eadem quarta hiemali, et alia eventura ergo proponderanti

Contra conclusionem sic ratiocinari possem. Stelle et imagines super cenit cuiusque
regionis constitute secundum naturalem suam influunt in subiecta loca et eorum elementa
Sed in hac parte omnes p(ar)tes et in signis et in latitudine meridionali continue
volutate mutare non poterint stellas regionis nostre a frigiditate congenita. ergo
ipse gelidam hiemem efficient etc. Sed hec ratio debilis est nisi experientia confirmetur

Januarii Dies In profesto conversionis domini gelidus aer hincinde ventum dewittet
Ratio quia Luna in mansione humida Marti tetragonizat et parsplurie in
coniunctionibus veneris devenit in domo Saturni et termino veneris. In die conversio-
nis gelidus erit et nubes ingrossabunt aera. Ratio quia Luna in mansio-
ne humida Saturno domino oppositionis et quadrature lunarium per quartam applicat et
venus incomparationem sub radiis intrat Alkin gelida et orientalis eo magis intendit.
A die dominico versus noctem gelu fortius perstabit quia luna ad coniunctionem
Solis in domo Saturni et mansione humida propinquat per extendens partem
Coniunctio februarii hora 2 M. 29 prima noctis festi Epipha-
nie pro maiori parte dierum sequentium gelida cum quadam restrictione et communi-
ter tamen et humiditatis pruinose aera ingrossantis. Ratio quia et si Saturnus
utpote dominus loci lunaris sit gelidus tamen humiditate signi piscium et sicitate
mansionis per quam volvitur restringitur Jupiter quoque dominus anglorum inter quos est
coniunctio temperiem sentiet. Luna item primo applicans per corpus veneri et eidem
aperiens portam septa per coniunctionem super Martem nubes decurrentibus per mansi-
ones temperatas et restrictam gelu et humiditati pruinose ut sibi omnino attestatur
parsplurie menstrua fere in corpus veneris devoluta idem testatur pars

Dies Die coniunctionis resplendet gelu intendetur eo quod in coniunctione partis aeris est
altero die parva nive remittetur. Ratio quia Luna separata a sole coniungitur
veneri in mansione temperate humida, parsplurie pluvie quottidiana in corpus
Jovis venit. Feria sexta proxima post Epiphaniam remissior aura et humiditas
minalis per diem sequentem protensa alicubi duntaxat nubium grossarum involuta
Ratio quia duo inferiores venus scilicet aquarium domum sui viri et Mercurius Ca-
pricornum ingrediuntur expresse dum affirmat astrologi eos sic tunc mutare aeris
et item Luna his diebus primo signiferatoribus mensis per corpus iungitur in signo
aqueo. Venus etiam sub radiis occidentalis teste Alkindo et hali nebulas affirmat.
Feria secunda tercia et quarta que est octava Epiphaniarum asperitas quedam aeris erit
sed mollior et humiditate gelari non pariter. Ratio quia Sol ingreditur aquarium
per eclypsim partis. sed quia Luna in signo igneo et mansione temperata duobus
inferioribus in siccis mansionibus applicat et Jupiter Mercurium et stelli[...] superiores
mutationem latitudinum et ventulo calescet et humiditate restringetur gelu ipsum

Feria sexta in crastino felicis minus casus humidior et uberior speratur ad
noctem propius et interdum vento movendus. Ratio quia tunc Luna a pleiadibus
ad gelum Martis decedet et stellarum de natura veneris et Mercurii qui Saturni
domini coniunctionis sextiliter aspicit. sicque dies precedentes temperate in gelido et humidi
tate nubium ingrossatarum quia Luna in sinistro quadrangulat signiferatoribus
coniunctionis. A die presenti aduc temperatus erit quia Luna tribus superioribus ex
domo sua et mansione humida cum parte pluvie trino applicat radio.

Oppositio eiusdem prima nocte festi S. Agnetis H. 10 M. 21 satis temperata ita ut
nec tempori hiemis contradicat nec temperiei desinat. obducetur namque pregnantibus
nubibus ad nives: in calidioribus ad pluvias et nebulas interdum effundendas.
Ratio quia Saturnus primus dominus cum Jove dominus ascendentis occidentales in piscibus ad
teste hali testantur corrupti corporibus. Mercurius autem in superiorem orientalis
qui dominus anglorum est eodem teste pluviosus existit. Luna denique post occasum
Solis de vespere scilicet oritur cum Alhabor stella de natura Saturni et Jovis ex coniunc-
tione nostra temperate frigiditatis et siccitatis. pars pluvie menstrua ibidem devenient.

Dies die complementis Lune et in crastino humidior aura ex nive et in cali-
dioribus mixta pluvia. Ratio quia denique aperit ~~sibi~~ portam veneri super Martem ex
opposito Marte in pisces progrediente per terminum Mercurii et veneris. Die Sabbati
post temperiem gelu intendetur noctem versus, quia Luna Saturno signiferatori
oppositionis per oppositum applicat. verum quia a Jove et potentiori in suo dominio defluit
ad oppositum Saturni remolliri poterit gelu nubium ingrauescentium et nivium casu.
Feria quinta post Pauli resolutio ad temperamentum frigoris. quia Luna quadrangu-
latur Soli in mansione humida. in crastino autem maior solutio ad humiditatem
hiemalem et pluviosam. quia Luna defluens a quadrato Solis primo veneri in coniunctione
partis quadrangulat deinde ~~aperit~~ Marti Jovi sibi aspectu applicat et ultimo
aperit sibi portam super Saturnum. Nebulasque magna et humida aera, illis diebus
venus sub radiis et Mercurius mutans signum portendunt. In vigilia purificationis februarii
et sequentibus diebus usque in coniunctionem lunarium cum quadam alteritate acerbitas fri-
goris et multiplicatio nivium et humiditatum hiemalium protendetur. Ratio quia ve-
nus pisces subintrat et duo grandem virtutem post solem occidentes nives et humi-
ditates teste hali denunciant pluribus diebus. Alii quia in mansione sicca iungitur
et Martem primum habet ex oppositione solis occasus (cor Leonis de natura Martis et Jovis
de vespere oritur et Matutine occidit, temperabitur signiferatio illa congruentis
humiditatis, et claritate meridiana solis in magna parte distrahetur per varia.
Unde communis testimonio fere omnium auctorum astrologicorum experimenta. hec coniunctio
nos superiorum et veneris in signo piscium. et hiemalis humiditatis dilatorem

ut supra allegatum est superfluitatem pluviarum et inundationum aquarum designant nubes
invalescentes cum acerbitate frigoris in partibus septentrionalibus. nives in montanis
profundas et solida. tamen non equaliter omnibus locis estimes talia ventura. quippe
cum iste coniunctionis in signo triplicitatis aquee: que meridionalem regionem
respicit: facta sit, ideo primo deinde in locis litoralibus maris. et paludinosis sive
aquosis ex natura sua signata essent. quapropter teste arcele et Alberto super 2
Methe. hee coniunctiones trahent humiditatem in meridiem et ideo notabiles
addurent inundationes. et pericula que in aquis: et natalibus contingere possent
efficient. At in nostris partibus que et ex natura loci et prima celestium quibus subiecte
sunt inundationibus talibus resistent, et si humiditates et habundantiores pluvias
preter solitum efficient. nives tamen crunt: quia in locis signo illi et triplicitati eius
subiectis. tandem remollient gelua huic regioni gemina et humidiorem totum
mensem et sequentem efficient. ad hec non minus solis occidentalitate respiciente

Coniunctio Marcij in profesto Agathe ♄ 22 ♏ 18. Cuius primus
dispositor Saturnus erat loci lunarem in 25 Aquarij et anguli anterioris inno
et ascendentis. patens coniunctionem Martis in supra memorato signo. et Luna de
fluens a Sole. veneris deinde Saturni coniunctionem patens et perspluvie diurna pluvias
nivas temperantes confirmat fere toto mense protendendas. occidentalitate omnium
id attestante. ut iam pluries ex sententia Alkindi et Hali adductum fuerat
Mars tamen fugiens sua et Jupiter solito modo. Solesque ad eos amissus minuent por
tentum superfluitatem et Messahalach arcadi testimonium. in 4º ton. ca 10

Dies Quia hec descripta qualitas statim a principio signatur ventura et
ante inceptura. adeo et cepit ita continuabit nubilositas aeris cum grossa
humiditate et variatione assidua tam nivis tam pluviarum repetitarum habi
dantia ex causis proxime inductis. et quia continue Sol eos radiis recipere in
cipit et venus cum combusta Saturno deinde et Jovi coniungitur in dicto signo
in progressu decem et frigus horripilans et nives mixte pluvijs demittentur
obvius. potissimum diebus carnisprivij Sole tunc ad pisces progrediente usque
in feriam septam. in qua maior turbulentia frigoris et nubium grossarum hu
miditatisque apparentia movebitur. eo quod Luna a quadrato Solis in quadra
tum Saturni sibi apparet portam. et Mercurius eisu et detrimento suum ingrediente
per terminos Saturni et veneris Dominica quadragesime et sequentibus diebus
Sol sepe clarius elucescit eo quod ventis dispergentur nubilositates. quia Mercurius
coniunctionem patens Solis. teste Alkindi tempestatem ventorum pollicitur. venus tamen
ex adverso cum Marte coniuncta. densas pluvias producit. versus noctis ~~

feria tercia potissimum quia Luna in mansione nubilosa decurrit. et venus
tunc apperit sibi portam supra Martem per coniunctionem in signo pluvioso.

Oppositio eiusdem feria sexta ante dominicam Reminiscere ♄
19 ♏ 28 nubium pluviosarum inducetur multitudine. frigore aspero interim
et gelante precipue ad primam quadram postea dissolventur eiusmodi tur
bata aera ventis et claritate elucescet dies. primo propter quod Jupiter primus
dispositor lunaris super terram et anguli anterioris. recendatur a Saturno et
Mercurio in signo pluvioso. teste ptol. tempestuosas nubes et pluvias hiemales
suscitat. Secundo vero frigiditates gelans propter quod Saturnus cum Mercurio sub ra
dijs adusti teste Alkindi. frigora provocant et hiemales humiditates horripilantes
Tercio aut Jupiter Mercurio iunctus portendit ex natura sua ventorum vehementia
quia tamen signum piscium resistit ventis talibus videtur parva commotio ventorum
interim ventura. nisi a quadratura prima plus cum Sole commoveret

Dies. Eodem varietas aeris ex humiditate nivis aliquando pluvie et obscuritate
venti quamque frigidi alternatim et calidi erumpent decrementes nubilosarum et humi
ditatum in sequentes dies. Racio pretor iam dictas alias causas. hec est quod Luna
in mansione humida opposita Soli in Saturnum sibi aspectu magna apperit porta
tandem ad Mercurij oppositionem decedit qui est dux loci lune. sic deinde ad Jovis
Martis ventosos patens. ultimo ad veneris oppositionem decurrit. omnibus virtutibus ad
invicem commiscendo. ad humiditates tamen racione signi plus inclinando. quibus et
ventum prebent eo quod ipsa signum ventosum cum perspluvie monstruum occupat.
Durabit aut hec inconstantia variationis humiditatis usque in quadratura
quod sic ligata est fortior et non habeat contrariam causam dissolventem.
Feria quinta et sexta post Mathie et si elucescit clarius propter Jovem Soli
in mansione sicca iunctum. tamen quia Luna a quadratura Saturni et Jovis
portam apperit super Solem. Jove intercipiente. et perspluvie quottidiana cum
Luna in mansione humida decurrit. adeo turbulentia ventorum afferentium
humiditate pluviosarum forte et nivosarum aut adminus nubium nigrarum ut
claritatem perpedict. Cooperabitur ad eam inconstantiam occasus vespertinus cum Sole
ulterius radentis de natura veneris et Mercurij ab occasu venti et pluvia pro
venientis Dominica Oculi adueniet disturbium ventosum forte cum nivosa humiditate Dies Ma
vergente. quia Mercurius mutans signum Martis coniunctionem patens in tercio
Saturni et perspluvie iuncta est cum Luna in signo pluvioso. Sequentes
dies temperati ad calorem et claritatem dispositi. propter duos infortunas
et Martem in Ariete decurrentes. Mercurius tamen mutans latitudinem in septen
trionem ventosum teste Jafar portendit. quapropter instabilitatem aera:

Prognosticon dispositionum elementorum et elementatorum ad annum revolutionis Solis in anno 1528 post christum incarnatum. et primo de effectu eclipsis Lune anno transacto in 10 gradu piscium vise

Ab hac autem primo incipiendum est et a causa uti quae teste ptol. in 2o. primus observanda venit quam pluralis quarumpiam. quia igitur effectus illius eclipsis in hunc annum devoluti sunt. de his et ubi primo dicendum erit. Exprimendo illa quattuor. Locum tempus genus et speciem eventuum

De significatoribus et gubernatoribus loci eclipsis

Juxta ptol. et sui commentatoris hali sententiam. significator seu dominus eclipsis ille censendus est qui in loco eclipsis et anguli precedentis eclipsim plures autoritates habet. Cum itaque eclipsis memorata in 10 gradu piscium comprehensa fuerat ubi Jupiter ratione domicilii gaudet. et angulum septime in medio eclipsis possidet venus quoque quae Jovi in operibus assistatur equali terminum et termino ille potitur. ideo vicissim cum Jove dominium primum sortitur. Quibus Mars et Saturnus participant Mars quidem et si subterraneus cum triplicitate illi gaudens trino prospicit radio. Saturnus vero intimius se illis inseret quod duo anguli precedentis per domicilium consistit. et ab eius tempore luna ad umbram devenit itaque presentia sua et commixtione virtutis magnam sibi ascribit participationis autoritatem qua et color ad livorem tendens compluribus videbatur

In quo genere rerum futurum est accidens eclipsis

Duo advertenda iubet ptol. volenti comprehendere genus recipiens effectus eclipsis scilicet imaginem signi in quo est eclipsis et imagines signorum in quibus collocati sunt gubernatores eclipsis. In proposito ergo dico quod aqua aer et ignis ex elementis futuras qualitates ex eclipsi suscipient quia signum eclipsis aquaticum est. Aquarius autem in quo Jupiter aereum natura sed humidum propter stellas [illegible]. Leo autem in quo venus a principio horoscopabat igneum censetur. Et quia signum hoc est natatile et aquaticum utroque in piscibus et ceteris aliis aquaticis aquis denique ipsis potissime fluvialibus stagnalibus vadosis et id genus aliquid effectum apparebit. In marinis quoque locis et navigantibus per maria idem sentietur quoniam et Aquarius in quo Jupiter singulo navigatores respiciat. Ceterum quia virgo signum ecliptico loco opposita inferitur et in volatilibus assistatur ideo ptol. autore et aliorum in genere quoque volatilium illud idem accidens sentire censetur. presertim in his que domestica utilitate fruuntur

et agrestis

197

quod etiam complebat aliqua pars constellationis imaginis Gallinae cum ipsa luna eclipsata eundem positionis circulum incidens. Item quia venus in leone apparebit etiam in quadrupedibus et feroribus aliis. et quia ps vultures aliqua sui parte attinget dictum circulum positionis quae est figura asterismi falconis et avium [illegible] eius per se alias aves. propter hoc nec ille ab eius effectibus immunes erunt. Verum et hominibus regibusque qui [illegible] dominantur eo quod teste ptol. signa communia et bicorpora de quorum numero pisces sunt in illis eventus futura presignant. quod etiam signum primi dispositoris Jovis. quia figura humanam confirmat. et quia in occidentali angulo consedit. locusque eclipsis ad eundem post medium descendit. erit annis in moribus ac morum variationibus et in statu senum et in mortuis:

et angelus [illegible] in Tauro

In quanta parte predictorum eveniet effectus

Dicit ptol. et hali. quod duabus manieribus id scire possumus. a quantitate scilicet obscuritatis et a comparatione planetarum significantium [illegible] ad locum eclipsis. quia igitur tota luna fuit adumbrata cum mora fere unius hore. dicimus quod annus recipiet totum genus. Sed quia Jupiter et venus primi dispositores debiles sunt [illegible] et alter retrogradus. Saturnusque viribus non pollet et mars subterra occultatur. omnesque (venere excepta) [illegible] materiales sunt. ideo virtus eorum erit in minori maiestate generis supra memorati:

De qualitate effectuum in bono et malo etc

Qualitas futurorum hoc est bonitas et malicia effectuum portentorum per eclipsim aut ptol. dinoscitur a natura planetarum dominantium et eorum commixtione unius cum alio et a locis in quibus fuerint. perpendendo virtutem unius [illegible] et virtutem eum sequentem cum ea commiscendo. Quia igitur Jupiter primo venus deinde dominantur loco ecliptico. virtute mediani quia in locis suis paris dignitatibus suffulti. et Jupiter retrogradus. venus vero in duodecima cadens vix se pariter aspiciunt. locum vero eclipsis in nullo aspectu contingunt. Mars autem in Saturno se primo irradiat. et ille lunam. quapropter mixtura qualitate efficient quasi temperatam in bono et malo. verum quia utrique Jupiter angularis est et venus a principio itidem orta confortata. plus in bono prevalebit illa mixtura eo precipue quod infortunatus debiles et benignus se aspiciunt et lunam alter eorum. primo igitur aer. ut ab elementis ordiar. turbabitur nec calore excedet nec nubibus. pluviis nebulisque intercalaribus distinctus. crebrisque ad latus varietatis alterne procliviis. salubriter utique. ventorum humidorum augmentaturque terrenascentia et arborum fructus. verum mediocriter fertiles. volatilia multiplicabuntur sed commixtionibus minuenda et rapacitate aliarum dispendi[illegible]

flumina fontes rivi ultra modum inundabunt sed non noxie. pisces multipli-
cabuntur sed in sua multitudine plures etiam peribunt. navigationes in mari
et fluminibus salubres et plures fient. alie interdum propter Saturni trinorose
et pericula portendentes quia hic nec Marte. temperando fortunarum tempesta-
tes procellosas immiscebit et maria infestabit. Quia vero Jupiter in signo
humano vertitur et signum eclipticum bicorporeum est. habet adiuvo et signans
in regibus et vulgaribus. In quorum quidem aliquibus precipue gradum ecli-
ptico loca nativitatis et erectionis prima habebunt etc. timenda erit mors
precipue feminarum etatis provecte. In aliis vero generatim mediocris status
promittitur. nec gravitate aut molestia excedens nec in votis omnino obtemperans
compositiones imminebunt utiles videbuntur. et coniugia contrahentur. plurima
erit sufficientia victualium et hominum erga huiusmodi amicabiles contractus. Sanitas
corporum et spirituum et quorumque meliorationi et sublimationi status ac bone for-
tune favent. mediocritate quadam prosperari videbuntur. In bestiis que usui hu-
mano precipue volatilibus et aquatilibus satis conveniens status dominabitur futurus
In nocentibus vero et reptilibus sive reptilia sint sive gressibilia mors et detri-
mentum videbitur. Quia vero Saturnus presentia sua et Mars trino aspectu lo-
cum lune eclipsate. et locus medii eclipsis fuit octava domus que mortis est. ideo
occasio egritudinum et morborum in aquaticis alibus erit ex habundantia flegma-
tici frigidi scilicet et sicci. ... et putrefactionis et melancolie propinqui. erunt autem
et plurimi morbi et huiusmodi materie progredientes. serpigo. scabies. morphea et
que corrodendo carnes deturpant. ydropisis. tabes. reumata et opilata pectora
precipua autem membra morborum futurorum erunt pedes venter et pudenda.
Sed hec omnia moderate afflictura conspicio. eo quod stelle benefice ultra alias vincunt

Quibus provinciis regnis civitatibus et hominibus veniet dicta

Loca in quibus apparebunt fortius illi effectus sunt hec. Inprimis ille trigo-
nus terre qui est inter meridiem et orientem. continens iuxta modernam cosmo-
graphorum tabulas Syriam Cappadociam Lidiam Ciliciam pamphiliam. Garama-
nam Bitiniam. Colchos. Galatiam Mauretaniam. Numidiam Carthaginem
Africam minorem et omnes eius partes quas alluit latus maris nostri meridionale.
Civitates autem Italie et notiores sunt Rome Ancone Mutine Gemme. pistorie. pa-
tavii Arimini Tervisii. Venetie. Vincencie Mediolani Constantinopolis. portu-
gallie Ibernie. et quedam hispanie partes circa S. Jacobum et Alexandriam

et Bolognam maiorem attinget. Temporibus autem huius effectum suscipient loca
signo virginis quod eminente loco eclyptico subiecta ut est Creta Candia Ci-
prus Dalmatia. Anglie magna pars. Slesia que cum urbibus. Toletum. papia Corin-
tus et Wratislavia. Debiliter autem quecumque Geminis et Sagittario quadra-
tis signis ad eclipsim subsunt. Que vero loca nostri sunt regum premonstratis
signis subdita propter eorum emulatio nos penitus latet. Si autem quispiam hominum
sua nosse sciret eventa genesim peteret propria. Nam quicumque illorum in
gradu citra et ultra undecimo piscium. Virginis Geminorum et Sagittarii tempore
sue geniture habuerint. illi plus sentient memorate accidentia. alii in
vita et sanitate et qui ascendentes // illis habuerint. alii in dignitatibus qui sol- // et lunam
lem et medium celi. alii in bonis fortune. quibus scilicet partes fortune illos gradus
obtinuit. Sic etiam illi experientur quorum revolutiones annorum aut loca prima
... illos obtinebunt. circa quos acta est eclipsis et radiis irradiat et opposito lesos

Quibus temporibus venturi sunt hii effectus

Scito iuxta ptol. respectu cuiusque regionis per quot horas equales durabit
eclipsis lune per tot menses eius durabit annus eius. quia igitur predicta eclipsis
tota duratio fuit trium horarum et triginta quatuor minutorum. per consequens annus
eius durabit tribus mensibus et ultra medium eius. Quia vero fuit in ori-
dentali parte orizontis et in ultimis quatuor horis noctis. incipiet ideo post octo
menses et erit maior fortitudo accidentis illius in ultima tertia temporis quo du-
rabit significatio. Et in distantiis durationis. quia principium eclipsationis dista-
bat ab orizonte 8 horis et 40 minutis. ideo post octo menses et decem dies fere
sumet initium scilicet 22 die Aprilis. Medium vero distabat decem horis et
20 minutis. ideo post decem menses et 10 dies fere medium illius erit scilicet a 25
Junii. Finis autem post duodecim et ultra menses quod erit 15 mensis augusti
Cuius totius temporis 15 sunt hebdomade et aliquid ultra in tres partes tertias. duas
prime tertie x decem hebdomade. debilius. tertia vero scilicet quinque residuis fortio-
ris experientur illa acria. verum iuxta hali glosamenta quia in eodem co-
dem fere conventus omnium planetarum celebrabitur dicendum est effectus illos ante me-
morata tempora prevenire. et tempore eorum illarum coniunctionem etiam effectus eclipsales
remissiores et adaugeri cum tunc omnium planetarum corpora et signum et gradus eclipsa-
tionis perambulabunt longiusculo. id autem est quod teste ptolomeo particula-
res augmentationes futurorum eventuum adauget et anticipare facit.

Judicium super coniunctione Saturni et Jovis minori continuativa triplicitatis aquee et super aliis 15 coniunctionibus uno in signo aggregate

Grande equidem id offerimus censeo in quo dum videam tot doctissimos viros conatusse nec tamen aliorum opinioni rei proposite satisfactum fore. quandoquidem artes humane tot sunt involute opinionibus ut nescias cui te committas tutius nam si uni quam censes veriori te dispensaveris alii adversam sectantes aures tibi clamoribus obtundent et intellectum ratiocinationibus irretient cum utriusque adsit sue professionis defensa et auctoritas. Vereor igitur et ego aliorum vitium ne in proposito initio prius desinam quam progrediar qui debe-rem huius artis arduo ponis auditor quam doctor haberi. Verum cum iam offi-cio suscepto recalcitrare non liceat. que magis recta et veritati inter plurimas opiniones fauere videbuntur recolligam eo ordine ut nec illiteratis longa com-memoratione posteriora fastidium nec doctis famata et speciosa celestium commemorare videar. utrisque sic faveto dummodo et ipsi boni con-sulant. ut et patrum auctorum sententias de hac re commemorem et quid im-dem verius videbitur futurorum more indicantes in medium exponam.

Quibus ex causis magna accidentia sunt pronosticanda

Inter vias astronomicas quibus hic mundus inferior regitur longevis temporibus variationem suscipere, una est (ut refert ~~Petrus de Abano~~) ex motu trepidationis octave sphere in parvis circulis. quo circa zodiacus a zodiaco primi mobilis et recendere et accedit. quo factum credunt per eius primam quartam legem nature viguisse et Adam protoplastum recessi. Mosaicam sub secunda promulgatam legem sub tertia: ubi etiam zodiaci illi coniurant: Christi. Sub ultima etiam credunt oborituram sectam quam theologi Antichristi predicant. Cuius interea alie plures plurimarum rerum forte ex aliis causis exorte fuerunt. de quibus infra. Hec res omnio non discre-pat a sacra theologia que has leges utique apertissime denuntiat ordinatione singulari divina in mundum datas. fruiturque credimus post apparitionem Antichristi ex-spectamus. non tamen imitari terram eius. etc. esto te revolutionem circuli perm[...]

Secunda via sumitur ex planetis et maxime ex coitu Saturni et Jovis quam Albumasar. Messahallach. et alii sequaces horum: inter primas causas et vilis; per[...] rerum denunciant. Ex coniunctione namque Saturni et Jovis in principio

Arietis. que in 960 fere contingit annis, variari ait et commutari mundum inferio-rem in bono vel malo iuxta dominium stellarum fortunarum vel infortunarum. ita quod fiunt non solum regna sed et leges et prophete consurgunt qui prioribus quasi ne-glectis novas condunt. sic apparuit in adventu Nabuchodonosor. Moisi. Alexandri magni. Jesu Nazareni et Machometi. Deinde ex coniunctione eorundem in signis diversarum triplicitatum asserit illud commune accidens et generale significatum magis specificari in bono vel malo. et hec diversitas quia de una triplicitate in a-liam se transferunt post 240 fere annos contingit. Ultimo illud idem magis de-articulatur per minores coniunctiones eorundem in quolibet signo unius triplicitatis viginti annorum termino. Comparantur et ad hoc aliorum planetarum sive binarie. sive ternarie aut quaternarie. quinarie. senarie aut septenarie. Contingit etiam non minima rerum permutatio ex solaribus eclipsibus sub coniunctionum dictarum temporibus variatione. hoc pacto et ordine Albumasar et sequaces eius. assignat causas et signa permutationis sectarum regnorum adventus prophetarum. famis. pestis. diluviorum et aliorum accidentium ultimum. Quod Petrus Camaracensis sic declaravit Jupiter inquit planeta est legum et sectarum principium significator. unde iuxta aliorum planetarum ad ipsum applicationes varie secte sunt exorte. Nam post legem nature. prima maiori coniunctione Sa-turni et Jovis in 20 Aquarii Saturno illic dominante. Judaica fides subsequuta fu-erat. prima omnium: ut et Saturnus prior omnibus. illam aliam admittes. ut Satur-nus nulli applicans: sed omnium applicationes suscipiens ut et secte alie omnes: hanc pro-fitentur. Et sic Saturnus tardus est tardior sic hec secta in longa protrahetur tempora. Estque hec gens: Saturni proprietate gaudens, Melancolica. amara. pertinax immunda. omnibus exposita. plumbeique coloris. diem Saturni hoc est Sabbatum celebrans spem futurorum et prophetias nouit ultra omnes gentes alias etc. hec ille. Deinde in coniunctione secunda magna in qua Mars principalis significator fuit. secta surrexit Caldeorum. sua exhibens in igne sacrificia. eo quod Mars planeta existat ignis. Tertio deinde secta, fuit coniunctionis Sat. et Jovis Sole dominante qui princeps est planetarum. post hanc surrexit secta egiptiorum. cultura celi stellas pro deo colens. Quarta post hec coniunctio apparuit in domo Jovis signo piscium. virginis signo ascendente in quo Mercurius dominatur. In cuius signi virginis prima facie ut Indorum docet antiquus pulcra ~~apparet~~ ascendit virgo immaculata. absque viri commixtione quem esset magnum prophetam genitura. quod et Sibilla Tiburtina Rome Octaviano im-peratori in solari circulo demonstrans. inquit hunc adora ipse maior te est. re-ligionis iuste et veritatis designans adventum. Quinta coniunctio magna in-de subsequuta in qua Venus planeta lascivie dominium obtinuit. sectam

presignabat Arabum qui sectam Machometicam postea suscepit Restat adhuc ma:
gna secta coniunctio Sat et Jovis in dominio lune que sectam futuram adhuc
tamen non prophetice presignabit. hec ille. hanc coniunctionem plurimi astrorum inge
coniunctionem Sat et Jovis anno christi 1504 sep 19 g Cancri precessisse cum de:
dum declaravit. et post eam prophetiam falsitatis et mendacij venturum suis pro:
nostris proclamabant. inter ceteros ille vir celeberrimus Mgr Johannes de Lubek
eandem predixerat. Nova (inquiens) secta mendacij et ficta religio coniunctionem
Sat et Jovis in Cancro subsequetur in hoc modo. hoc idem predixerat nostre
memorie vir celebris Mgr Leonardus de Dessenze et alij plurimi quorum adhuc
scripta de hoc extant. Quod si quispiam constellationes cum illis et coniun:
ctiones memoratas contemplaverit profecto non differentem hanc sectam Lutheri
configurationibus illis videbit. Si denique coniunctionis presentis cuius Luna significatrix est. affli
gravamina et oppressiones attenderit Si et cleri spiritualium licentiam quos Ju:
regit piter in nostra exaltatus coniunctione facta fuerat prospexerit. consona omnia pro:
fecto astris inveniet. Bella etiam illa post Alpes nostra etate cum magna chri:
stiane iactura gesta. huius rei apertum prebent testimonium. Germania quoque bes:
sa quotiens pestes annis hisce oppressa est diu et cognitum est. hec autem Cancro
Lunaque eidem subesse aiunt. Satis cognita sunt mala que post coniunctiones
illas subsequuta sunt et terciam quidem quoniam et signum cardinale et domi:
cilium lune existit quod aut ptol. ad fortitudinem accidentium conferret.
Sed hec omnia et plura modernorum opinione in alias causas eclipses scilicet lunarium
semper iam referunt. verum subsequentes effectus facile est causis adaptare
interque tot et tantas non est plures eisdem effectibus consonare. hac igitur
via incedentes non est ut magna futura rerum mutationum ex coniunctionibus
his predicimus sed non omnibus eandem. Nam in hac coniunctione inter Sat et Jo:
vis: quinque triplicitates aquee, dominium: cum aliorum planetarum in eodem signo
aggregaverit congressum et et illa fere fecerint 150 & preterita non est ut inten
cum se ptol. significationis maximum: conferment aut dominantur. bonum
vel malum adaugeant iuxta dominium fortunarum et infortunarum vel inf.

Tertia via est ptolomei principis astrologie et hali sui
commentatoris qui in 2° quadripartiti in rerum regimine duobus esse vult
quorum alterum est signorum et stellarum in unoquoque climate situdo quorum di:
versitas et sensus comprobat partes diversorum climatum. hec diversitas moris et
rerum ab alijs diversitatem sic orientales cordatos et viriles preciosis
rebus habundantes esse solis. Occidentales effeminatos et ...

Sed ut etiam ab hoc digrediar idem ptol et alij duos zodiacos fingit alterum
in nono invariabilem scilicet alterum in octavo stellis ac formis sectum et mobilem
hunc sub illo moveri proprio ab occidente in ortum. illum contra hunc secum rapi-
ens ab ortu in occasum. Quare e re temporibus nostris Caput arietis aliquotiesper e capi:
te nono distat continueque distabit magis ac magis. hunc motum longitudinis
arietis ptol. vocat. trepidationis vero alibi legimus. huius configurationi zodiacorum
magnam vim tribuit in mutandis rebus mundi inferioris. Quotiens enim est capitum
amborum arietum coniunctio, mire nobis beneficientie contingunt. quotiens vero eorundem
est quadrangulum res in malum atque perniciem increscunt. quotiens autem est et
eorundem diametrum res in pessimum cadunt. astipulantur huic observatores et ratio.
Ratio quidem nam quotiens iunguntur vires amborum uniuntur magis ac magis
increscunt contra fit ubi separantur. observatores sunt. Nam tempore Christi feris fuit
hec zodiacorum coniunctio ubi omnia bona increverunt. tunc pax universum orbem
fuit. tunc omnes claruere virtutes. triumphavit Roma Aristoteles plato socrates hy-
pocrates aliique complures excellentissimi viri floruere. temporibus vero nostris quibus
hec capita arietum distant (propter distantiam eclipticarum de quibus supra) universus
mundus in contrarium prolapsus est. continuis turbationibus agitatus. precariosisque
seditionibus defessus. his enim temporibus sole vigent factiones. homicidia sacrilegia
periuria atque omnifaria scelerum genera. criminosi vite perditi sublevantur: atque usque
ad imperij culmen extolluntur. Magni virtutum amatores et bene agentes plerumque la:
boriosam vitam et assiduis cum doloribus implicitam degunt. hanc denique capi-
tum distantiam aiunt magis ac magis consimiles maximam varietatem causare et arida
in mare et aquas converti contendunt. censuere hunc hec tamdiu durat. quousque
rursus ad coniunctionem redibunt quod in novem millibus annorum spacio censent con
tendunt. Sed ad propositum regrediar.

Alterum est quo utimur in rerum volumine regimine. coniunctiones et oppositiones
eclipsales Solis et Lune. et apparitiones planetarum extra radios et stationes eorum
Quia enim virtus Solis et Lune fortior est et nobilior cunctis aliis stellarum virtutibus
alie vero virtutes stellarum reliquarum: commiscentur cum virtute luminarium. Unde cum
luna iungitur soli absque ulla latitudine et sol eclipsatus fuerit commiscetur virtus
sua in virtute ipsius cum lineam rectam et inde componitur una complexio.
Et sicut cum Luna eclipsatur: virtus Solis cum virtute Lune iungitur. quia mediante ter
ra una linea recta Commiscentur etiam in eis virtutes aliarum stellarum tunc dominium
et si sit aspicientium in luminaribus et quia tota ... pervenit ad nos quedam
virtus fortior omnibus aliis virtutibus in quibus luminarium non adessit auctoritas et
principatus. Unde nec coniunctio Sat et Jovis non habet vim operandi cum

aliquā nisi legatur in eis vltus solis et lune sic sit in eclipsibꝫ tunc eni pl̃e
complexi virtutem suam . luna vero qua venit vltus lunarium in hec inferio:
ra diriguit et annus signatur per lunaria ipsi fortificant et augmentant .
De quo hali dat tale exemplum dicens qꝫ vltus solis est sic vltus regis . et
virtus lune sicut vltus sui comitis . et vltus coniunctionis Saturni et Jouis sic
virtus maioris sui iudicis . et vltus coniunctionis Sat . et Martis sic vltus ducis exer:
citus . Et propter hoc qꝫ Rex et eius comes et maior iudex . et dux eius concor:
dauerint super vno negocio faciendo mitius durat et graue est illud descen:
dere . et nullus eorum potest magnum facere sine rege facere . Inde manifestum est qꝫ
Sol est dux et rector super omnia alia et planetaria . Luna autem eius sequitur
in dominio et vltus et reliqui planete ceterique . sicut eorum ministri et auxiliatores .

Preter has vias duas adhuc memorabor oblinionis obmissas . vna scilicet re:
uolutionem decennalem Saturni que continet trecentos annos et illud tempus
propinquum est in quo mutatur coniunctio duorum superiorum de vna triplicitate in aliam
Illo igitur tempore multa sunt contraria regum et precipue si fuerit illa permutatio ad
signa mobilia seu commercium . Tale fuit complementum decennale saturni cum
1296 dum deinceps saturnus zodiacum peragrans ad Arietem rediebat . vbi et
pestis totum infestat mundum et varia subsequuta fuerunt prelia et adhuc subse:
quentur pro aliarum causarum complexione . prope 1526 vbi prima vice
Arietem contingit . Cuius tamen decennalis reuolucionis complementum fiet circa
annum domini 1196 . Aliam causam dicit mutatorem magnam coniunctionem Satur:
ni et Martis in signo Cancri . que magnum malum ostendit in terra eo qꝫ
Cancer domus est lune et exaltatio Jouis . vnde duo infortuna in eo coniuncta
damnant signum suum bonam quod est oppositus domus eorum et cuius altitudinis
talis erit anno 1533 futuro signans prelia depopulationes et guerras .

Quid iudicandum est ex motu accessus et recessus octa

He sunt vie et cause ab antiquis et recentioribus obseruate . quibus accide:
ncia alia rerum perueniunt . et vtrarumque illarum racione et robore apparent
comprobatur . Et si igitur hec sint signatrices annorum aliorum in ipsa primam viam
quo supra est ex motu octaui orbis in paruis circulis . vniuersalissima secunda
est iudicium scilicet per conversionem zodiacorum octaui et primi mobilis . maxima
vero huius modi commemorationis debitus ordo . sufferencia et perfectio que fue:
runt in principio mundi sub lege nature . et tempus grace . per distanciam autem coni:
dem sunt recessum abundantem cuius quantitas est 9 gradus . et tempus 120 anni fuit
quemadmodum nunc sentitur abundantem post apparicionem Cristi saluatoris nostri

per quantam Autumnalem . vltra 8 gradus .) non aliud quam discrepancia rerum in:
ferorum predicenda erit . nam tumultus gencium seditio regum et ambicio o:
mnium denique rerum et operacionum humanarum destructio et minoratio seipsam cum
vsque in perniciem deduxi cognita talia autem sensim et predictorum euariata
nemo negabit . si tempora pristina presentibus assimilauerit . Verum cum
dictus motus post recessum hunc ~~scilicet~~ finitum . quod fiet post 200 annos fu:
turum est . ediuerso motum accessionis ordietur . et post consumata hec mala
in meliora semper accedere mundus et celum contendent . vt videatur illud
euangelium tunc in terris compleri . Et fiet vnum ouile et vnus pastor .

Quid portendit iste coniunctos secundum Albumasare

Nouis quidem exorientibus litteris . quibus iam iam auctoritati priscorum detra:
hitur . sit adhuc peruenimus vt placere duntaxat verborum lepore : satagunt
quod potissime hanc causam subsequuta est quia artes proprie peripatetice
et astronomice grauiter intelliguntur labore assiduo et sudoroso egent . mor:
talium vero nullus est ardor ad illas . student igitur omnes leuitati et mollem
non attingentes . superficietenus artes condiscunt . ideoque quod didicisse videntur
verborum copia et venustate non doctrina sed ampullas tumentes in publi
cum edunt vulgo placere et apparere volentes . omnes alios contemnunt . et se se efferunt
id notissimum quisque apud se habet qui recentiorum scripta viderit .
Ad propositum Reuoluenti mihi sentencias Albu . et Messahalle . et concinando
iuxta verum ptol . eos . coniunctiones principales illi prime in triplicitate aquea id indesino
dicendum Quia prima coniunctio ♄ et ♃ prima in aquea triplicitate . scilicet .
♃ Scorp . iuxta sentenciam albu . et testimonia infortunarum tunc eleuatarum super
Jouem variam in his inferioribus . vt historie testes sunt . efferat mutarum
quod longum esset ad presens dicendum sed reuoluenti examinas anni 1365 et
circum circa apertum erit . et propter alia innumera omnia plures hereses sue:
scitauerat . vtpote wiklephitarum hussitarum et adamitarum . iuxta tempus coniunct:
onum mutarum illam frequentem et triplicitatis aquearum signorum . que omnes
scorpii natura sapiebant . nam sub specie religionis . sperciam et superbiam
colunt . Ceterum quia teste ptol . et hali . quanto magis consencientur voluntas ele:
mentis tanto maiora portendunt omnia . et durabilitates et renouaciones rerum
grandium . sed quia coniunctio coterris aspectibus forciorem efficit complexionem
plurium quam planetarum et stellarum complexio . mirabilior et vigorosior efficitur

Igitur cum anno christi 1503 et 1504 redierat coniunctio ♄ et ♃ in
eo ptimus eandem triplicitatem. sed revoluta est coniunctio inferiorum ♄ et ♂
in dicto signo Cancri que ut diximus est una ex magnis coniunctionibus.
certe (ut ab effectu causam demonstrem) tumultus bellicos cum magna
strage popularium (quam sensit inprimis Italia et Francia in dominio ve:
netorum et Lombardorum. tandem et alie gentes europe nobis notisse) eam:
nunc astra signabat. renovatio item illarum sectarum per hoc lustrum
subsequuta est. non alia ab illis iam damnatis. Saturnus namque supra
Jovem in exaltatione sua elevatus et in domo lune signat propterea falsum in
Christiana et Jovis lege ex conditione plebea et religiosorum propter Cancrum in
germania bassa suam sectam presentem et habentem defensorem principem
cuiusque iners vulgus et mutabiles homines ex levitate animi plus ceteris habent
Si igitur illa coniunctio trium superiorum tanta mala effecit forte non minorem
hec omnium planetarum efficient / maior namque coniunctio / tempore brevi / in una fere
una latitudine. et ad gradum. Non tamen videtur futurum venturum novum propterea 2m
quia non est mutatio triplicitatis nec mutatio aliqua novarum denuo incipi:
endarum. sed iam preteritas et in mea memoria exortas. et respectas vari:
tates. dissensiones bellorum. incomoda propterea. rerum usus hominum abusus. et deor:
dinarum portendit. legum autem variationem sed ad stabilem firmitatem re:
ducendarum. tam in ecclesiastica quam seculari potestate. Id quidem sic patet ex
prima coniunctione in hac triplicitate aquea anno 1365 acta, signabat eiusmodi
deordinationem rerum et permixtionem propter elevationem Saturni super Jovem in domo
Martis ipso horoscopante in dominio Jovis et durante in loco coniunctionis. qua:
propter signabat maleficia multitudinem bellorum. damna in hominibus innovationes rerum
et mutabilitatem conditionis humane in diversas cupiditates propter attestationem
veneris et Mercurij. hec autem magis et minus contingebant pro natura ali
arum coniunctionum postea subsequutarum. quarum quidem iam octo transiere
hec vero nona est et adhuc tres in eadem triplicitate aquea continuande. ne:
ea anno domini 1584 ad Arietem reverteretur et magnam mutationem faciet.
Hec summatim primum enarranda visa fuere. nunc ad tertiam viam
accedendo que est ptholomei. cum eiusmodi coniunctionibus magnis adaptare
intendo. Nam ipse doctus iudicavit per eclipses et novilunias et frequentiores
causas. doctrinam prebuit iudicandi ex quibuscunque aliis causis celestibus:

Quid dicendum sit de his coniunctionibus secundum ptolomeum

Quidam ex modernis mixti sententie ptol. in 2°. quadr. et certis locis eius su
verborum: aliter quam priores interpretationis negant enim coniunctiones solas
planetarum: concessisse causas ullas effectuum grandium et generalium. sed omnem talem
effectum in eclipses luminarium referri aiunt. et in totas causas. non intelli:
gentes distinctionem effectuum et causarum. Nam etsi Solem et lunam aliis esse po:
tentiores constet. et eorum coniunctionem ut frequentiorem in plures et principali:
ores effectus influere. tamen inde circa quosdam effectus aliis stellis et earum
coniunctionibus proprias vires inesse maiores non negamus. immo ex eorum coniun:
ctionibus et eclipsibus ut quotidianis est manifestis regulam et documentum
prebuit de coniunctionibus planetarum observandis. potissimum in vero 50 dicens. Non
obliviscaris esse 120 coniunctiones que sunt in stellis erraticis. in illis enim est maior
scientia eorum que sunt in hoc mundo. suscipienti incrementum et decrementum. Breve quidem
dictum sed ponderosum Non oblivisci iubet. ut raras. eorum scientiam maiorem dicit
propter magna efficaciam. in hoc proprio opere quod subiungit. inde incipere et
decrescere eorum congressum affirmans. quod quidem quasi inmemorabile propter diu:
turnitatem temporum nobis videtur. Idem confirmat verbum 63 et 64 centiloquii de
sedo nomis licet aliter sentiunt. sed prisca observatione concludamus ptolomeum non
posuisse vires tribuisse coniunctionibus superiorum planetarum et inferiorum. centiloquii maio:
res si illis adessent luminaria ut domini aliorum et gubernatores. ad instar
ergo iudicij eclipsium intendo his observare eundem modum iudicandi per istas
coniunctiones quem observat ptol. in 2° quadr. aliorum vel autorum fultus auctoritate:
Unde secundum ptol. in 2° quadrip. in iudiciis eclipsium et consequenter in iudiciis
coniunctionum magnarum et quarumvis aliarum causarum quatuor sunt principaliter con:
sideranda ut finale iudicium ex inde habeatur. scilicet locus. tempus. genus re:
et qualitas effectus bona ne an mala. hec igitur primo exponenda pro ordine

Que loca terrarum effectum coniunctionis patientur

Quia namque anno salvatoris nati 1524. Saturnus et Jupiter sub 10 gradu
piscium convenient prima die februarij una hora et 9 minutis ante meridiem. coniun:
cti insuper erant idem sub 19 gradu Cancri anno 1504 insigne eiusdem tri:
plicitatis aquee. et inde appertum est eam fore minorem que scilicet fit in 20 annis
fere, continuantem triplicitatem aqueam et primum ipsius coniunctionem dividentem
iuxta 64 verbum ptol. significationemque eius augere vel minuere debere. Ut autem
appareat. quid in hoc portendat primum in ordine proposito dicendum erit:

Cui igitur terre regioni ciuitatibusque effectus coniunctionis contingat sciemus
iuxta viam ptol. ex signo in quo fuerit coniunctio. quia itaque in signo piscium
triplicitatis aquee facta est coniunctio. igitur ista terre inter meridiem et occi
dentem habitata. effectibus eius subiicitur. hec affrica seu libia appellatur.
cuius vero regiones hee sunt. Numidia. Carthago. Affrica minor. Bitinia. Frigia
Colchia. phazania. Garamantica. Lidia. Celicia. pamphilia. Syria. Cappadocia
Getulia et mauritania. Deinde regiones et ciuitates que triplicitati huius
signi vel ipsimet signo piscium conueniunt. ex principio edificationis ciuitatum vel in
ceptionis habitationis regionum. sencient effectus in toto vel in parte. verum quia
eclipsis Lune de qua supra dictum est in hoc ipso signo piscium accidebat. idcirco
omnia illa loca que illic expressa sunt hic repetenda forent. et similiter signo opposito
scilicet virginis similiter quadratis geminorum et Saggitarii subdita commemoranda erant. et
ea quibus effectus huius coniunctionis et aliarum sue consignationis eueniet. apponen
da. sed ne idem sepius fieret. illuc recurrendum unicuique erit et relegendum:

In quo tempore effectus sunt futuri:

Tempus apparicionis effectuum in coniunctionibus magnis et si a diuersis
pluribusque pendeat. sunt enim non nulla effectuum accelerancia. tardanciaque non
nulla. nec eadem arte in omnibus sumendum est imo vanis aliter in tripli
tatis ignee aliter in reliquis. et aliter in primis coniunctionibus triplicitatum et a
liter in continuantibus triplicitatem. ob quam diuersitatem pleraque videtur de hoc
vix aliquam habere artem. in hoc autem sicut in multis aliis pronosticacionum
generibus non punctualiter quidem et precise sed quod de facto effectum indicat
futurum a peritis huius artis queritur tempus, et in quo notabiliter appareret
reperit. In presenti igitur coniunctione 2m ptol. cuius preceptis in extrahendo hu
iusmodi tempus utendum fore censeo. iuxta cap. sexti secundi quadripartiti. et verbum
58 centiloquii. recipiende sunt hore equales per quot locus con.^s a gradu ascen
dentis figure intercalaris distiterit. cum sit enim tali hore unus annus dari de
bet. Quia autem locus dicte con.^is ab ascendente distat horis tribus et 26 mi
nutis, apparebit igitur effectus coniunctionis in regione vna post tres annos
fere, apparebit igitur effectus coniunctionis in regione vna post tres annos
et nouem menses a die coniunctionis vz anno domini 1 5 2 8 in debilioribus
nec videbuntur accelerare eo quod occidentales sunt planete fere omnes et moderatos
producunt effectus. eo quod in succedenti sunt et signo communi posite. Quantum
autem vero effectus sunt duraturi verbum 58 ptol. super hoc dat artem. Dicens

Aspice quantum est inter coniunctionem maiorem et ascendens anni in quo est et quot si
gna fuerint inter illa duo loca ad tot annos erit maior significacio quam ipsa
significat. Cum ergo locus huius coniunctionis ab ascendente anni introitus et ab ascendente
hore coniunctionis distet duobus signis et 21 gradibus. igitur effectus per tres fere
annos sunt duraturi. Verum quia hec con.^o prima ♄ et ♃ fortificatur et
vigoratur conuentu omnium planetarum in eodem signo et significator eius est Satur
nus eleuacior alteris ter ascensus ad augem epicicli. extendentur plures effe
ctus in plures annos de quibus infra paucis subiungam in singulas indica
ciones. Specialiter insuper significacio illa se manifestabit. annis quibus dicte
coniunctionis significatores in principio anni cuiusque male disponentur sibiinui
cem respecti fuerint. utpote quadrato vel opposito. Et etiam annis quibus illis in que
cunque respecti fuerint. motu. angulos figure attige
bus locus coniunctionis memorate profectorio motu. angulos figure attige
rint. quod quidem primo contingit 1 5 2 8. et deinde signa opposita vel quadrata
loco coniunctionis. quod quidem in futuris annis videndum relinquitur pretereuntibus
In eum dictis itaque temporibus et annis loco que effectus con.^s dicte se diuersimode mani
fe st. quod intelligendum esse volo dummodo fortioris in celo configuracionis inter
cum vis non superuenerit que pro bono vel malo huic opposito influxerit:

In quo genere rerum effectus con.^is suscipietur

Quod quidem ptol. 2º quadripartiti ca. 1. deprehendendum esse censuit ex qualita
tibus. formis et figuris signi coniunctionis. et signorum in quibus planete et stel
le fixe que in signo coniunctionis et ascendentis duantur consistunt. Quia itaque
locus con.^is est signum aquaticum ad aquas maria fluminaque et contenta in illis
effectum dicte con.^is imo et omnium aliorum planetarum consignationum. prorsus descendere opor
tet. in piscibus igitur presertim suscipietur. et in elemento aque. vnde et Messahala
quod erit abundancia pluuiarum et pestilencia. Et propter figuram Regis Andromede
in xii piscium gradu ascendentis. apparebit vel effectus in animalibus venenosis et reptili
bus scorpionibus et serpentibus. Et propter imaginem nauis in loco con. perdicte. erunt
bella nauallia et nauigaciones pelagi multe in potencia magna bellancium
et peragraciones terrarum multarum. Quia etiam imago fusoris aque, est iuxta signum
et nimium posita ad gradum coniunctionis. omnibus nauigantibus et aquis labora
tibus grandia portendit hec coniunctio. riuus, item stagnis fluminibusque omnibus
Propter autem ascensum signum Geminorum. quod est signum bicorporeum apparebit et
in hominibus et in rebus. auctore ptol. insuper et in volatilibus. propter assila:

cum signi geminorum. et quia cum sit signum geminorum imago leporis ascendit accidet
in leporibus et minutis avibus, quinimmo et domesticis aliquibus quorum imago con-
ri et plures sunt illius occurrit in ascendente coniunctionis. Verum quia hora
superioris coniunctionis omnes reliqui planete attestantur suo congressui in eodem si-
gno. in eo igitur genus rerum et statum inveniet varios et multiplices eventus
et hoc quidem in spiritualibus et religiosis propter Jovem. In regibus propter
Solem et Saturnum. In militibus et agricultoribus regum propter Martem et domini
vindemia. In mulieribus et eo sexu feminino quod signum femininum est et popul-
tario veneris. In cisterciis avibus quod ... pisces principat in Jove in illis
et propter Mercurium in detrimento et casu suo illis inclinatur. ita ut vel alia perheri-
bit condicio rerum quam dicte coniunctiones non attingerent in bono vel ma-
lo. cum magis et minus. In eo ipso genere rerum. De Jovis vero super dictum est

De significatore coniunctionis huius et aliarum omnium

Cum iam constet coniunctionem Saturni et Jovis que precipue videnda est inter omnes
istas esse maiorem illamque mediam primam scilicet triplicitatis aquee dividere hec o-
significatorum eius virtutem que profecto effectum malorum erat limitando continuare et co-
tinuatam in peius crescere faciendo vel destrahendo. ad quod agnoscendum
necesse est fortiorem significatorem ipsius investigare iuxta doctrinam Messahalle
in tractatu de coniunctionibus cap. 9. Investigandus igitur est fortior inter illos qui ille
erit principalis. Docet autem Ptolomeus verbo 63 fortiorem invenire dicens. Oportet aspicere
in coniunctione Saturni et Jovis in eodem minuto ad elevationem unius eorum super alterum
et inde in fortitudine elevati in hoc modo et sic fac in reliquis coniunctionibus
Que quidem elevatio est eorum epicicli centri latitudinis et dignitatum temporalis
Quia itaque Saturnus propior est augi sui epicicli quam Jove duobus gradibus et in
altera coniunctione sui cum Marte 6 gradibus propior ... restat. eadem super venerem que
descendit ab auge sui epicicli. In contrario quoque et si utraque descendens sit. magis tamen
depressior est eo Jupiter. Latitudine tamen et dignitatibus Jupiter prevalet. verum reductis
illis planetis et elevationibus ad numerum semper Saturnus victor superabit. Nam 8 habebit
gradus fortitudinis Jupiter tres tantum. Mars autem 1. quare cum Saturno in fortitudine
principat et fortunas supprimit in planetis temporalibus. ita ut si namque Jupiter
dominetur Venus et fame. Venus autem exaltationis triplicitatis terminique gaudeat
viribus tamen compressi sunt ab infortuniis et significata sua bona perdunt et infor-
tunat. Saturnum itaque et Martem principales fortes et Jovem cum Venere prin-
cipes affirmare oportet et mixturam quandam mali et boni facere:

De qualitate effectuum coniunctionis Sat et Jovis

Quia teste Ptolomeo suoque commentatore 2o quadripartiti cap. 8 effectus futurus
accipiendus est ex naturis planetarum dominantium et ex commixtione unius ad alte-
rum. Et quia Saturnus principalis significator qualitatis active sit frigidus
Mars autem siccus calidus. planeta autem secundum Albumasar in introductorio differentia 1 tractatus
quorum qualitatem activam non amittit licet in ea remittatur aut intendatur
passiva vero stat in eo tolli aut mutari in contrarium sic siccitas Saturni vel Martis
in humiditatem vertibilis est. propter hoc dicere oportet effectum dicte coniunctionis
secundum naturam Saturni et Martis apparere contemperatos facta Jovis veneris et signi
piscium. Pro autem elementi aquei describenda est qualitas in qua pars est fortior
deinde aliorum elementorum aeris potissimum et consequenter elementatorum. Juxta igitur [Aque superflu[itas]]
Albumasar et Messahallach erit abundantia pluviarum inundationes fluviorum et detrime-
ta terrenascentium propter corruptiones et putredines. pestilentiarum quoque in avibus flumi- [Terrenascen[tium]]
orum. tandem et hominum propter infectiones quoque illis in multis climatibus. quia vero for- [pestilencie]
tune principat in illis et planetis essentiales pollent multiplicationem humiditatis et
aquarum et piscium et aliorum natatilium augmentabunt verum in preciosam dedu-
centur et nocumenta hominum. accidet ad tantam superfluitatem aquarum eorum occidenta-
litas et accessus sub radios solis. teste autem Messahala cap. 6 quia remoti fuerint
a septentrione. illic pluviarum multitudinem significant. in regione vero supra
qua directi fuerint ut cum super Ethiopiam et deserta Libie siccitatem et terre
sterilitatem significant. Concitabuntur venti occidentales et meridiani nubes et pluvias [Venti tempest[ates]]
aggregantes maria commovientes et tempestatibus minantes. In hominibus quoque partes
meridiane fortitudinem signant. concitabuntur namque ad bellandum et superabunt [Guerre]
multas regiones cum signo piscium concordantes et virgini. geminis et sagittario
subiectas. Rome autem domus Jovis molestabuntur loca et civitates in quibus docentur
theologia et iura. ita ut in sponsalibus et familiaritatibus hominum concitabunt odia
discordie invidie pessime. et in quibusdam mors gladii. Rome autem exaltationis [Clima quint[um]]
veneris in quinto climate continente ultima Hispanie Italiam insulas maris
mediterranei Greciam Asiam minorem Arabiam et Judeam orientalem. consurgent
bella guerre seditiones depopulationes et iniquitudines omnium generum illarum
ita quod temporibus designatis et post designandis nimia incolas tumultuabit
et effusione sanguinis horrende. rumoribus timorosis replebitur et furtorum
quantitate. propter Martem vero et Saturno et Jovi se commiscentem. mortem quo- [Mors. dam[na]]
nitate videbunt regum et aliorum hominum damnaque et illis plurima regnum
et terrarum aliorum potissimum quod in vindemia domini figure anni et hore con-
iunctionis particularis denuntiat. signum tamen communitas minuet planeta aliquarum malorum

planetarum fortunarum post cuncta hec mala ad consuetudinem mediam reducet, unitatem,
ordinem debitum legum iusticiam et benignitatem. Sed ante hec Christiane religio:
Christiana religio nes gravissimas sustinebunt oppressiones tam bellorum et domesticorum et exteriorum
desertionem condicionis ac legis sue, a vilipensoribus quibusque Saturninis et
Martialibus. verum post hec melioribus eventibus consolacionibus in meliora
convertentur. velud purgatus malis in camino ignis splendor auri radiabit.
Quod inde patet quia signum piscium ascendens perhibetur esse christiane fidei. signum
vero virginis ascensus Christi. quod est oppositum loco predicto. Mercurius quidem in his con
iunctionibus omnibus planetis debilior repertus est et in detrimento atque casu suo ipse merito
…sis Timendum inde erit de aliquo heretico doloso qui legem christi fraudulenter infestet
consurget. et tunc Jovis illius potentis cuilibet secte applaudabit et observare precepta
et observaciones suas. veneno suo ipsis inserto. Et propter ascendens anni quod est
geminorum altera domus Mercurii in cuius gradu anni fuit coniunctio. in revolucionibus que in
eo signo concordat in illis per pluribus annis Saturnus devenerit. apparebit ma:
…us mercurii gna litterarum diligencia. multos Theologie. eloquencie. et mathematicarum disciplinarum ar:
dor. verum propter elevacionem Saturni super Mercurium plurimi artibus prohibitis inhiabunt.
et superstitiones illarum amabunt. Ceterum quia hec coniunctiones deposite sunt in domum
undecimam ab ascendente anni. immo in ipsa hora coniunctionis illius pervenimus. vero super
…orum simulacio illius domus infortunabitur. apparebit igitur in amicis fortune multa fraus et
simulata veritas. molestabuntur compilatores et dilecti regum. multiplicabuntur milites et
armature. bellisque confectis multa damna et detrimenta facient et oppressiones
populorum. Sed regum destruentur et dispergentur eorum redditus ac tributa per milites
inde veniet multa solitudo et multe cogitaciones. multitudo amicorum. vendicionum
…ectores nostri et emptionum in quibus utique tunc fortunarum secabuntur fidelitas et veritas et
…fina in artificiis subtilitas multaque constancia et voluntas. hec autem accident in
terris et civitatibus cum signo piscium convenientibus. status mediet. Quia etiam
2m ptol. presencia fortior interioris ☉ in ♈. et in ea loca istarum coniunctionum venit
in quartam que est felicior. apparebit igitur in civitatibus quibus preest signum
…ciones piscium fornicacio et concupiscencia multa in feminis et augmentabitur gaudium
et letitia. et erit consideracio magnis in rebus in fabrica civitatum et usurpa
cione redditum in donacionibus et amiciciis. Et quia in figura oppositi lunaris
et mediante predictis veneris in domum tercium sicut equitatem et mansuetudinem
…s propinquorum propinquorum consilium fidem suam legum contenciones et disputaciones in sectis et legi
bus. Exercicium etiam in theologia philosophia et aliis artibus. Hec summatim di
cta sunt ex comparacione locorum figurarum ad locum dictarum coniunctionum et effectus
ad illa. Nunc vero determinandus aliquis effectus determinandi sunt.

Quid omnium planetarum iste congressus declaratus presignet

Messahalla tractatu 9. inquit Cum coniuncti fuerint superiores in una facie, et sol
cum eis. significabunt destructionem sectarum et regnorum et eorum mutacionem et res
maximas, prophetiam et destructionem climatum secundum potestatem fortioris eorum. et
maxime si auxiliatus fuerit eis aliquis planetarum inferiorum. Sed in hoc congressu
est sic preter. igitur secundum naturam Saturni malum et tribulacio veniet super regna
iam enumerata. tunc in fortunarum in dignitatibus suis in bonum esse converterentur
Et quia in signo aqueo et tempore hiemis. significat pluviarum multitudinem et per consequens flu:
minum et omnium locorum litoralium inundacionem. Regiones enim litorales et insule et
lacus paludes. cum fontes putei. aliaque aque piscibus subsunt. Comprobat
hoc quod coniunctiones ille ponderosiores ad gradum eclipsis lune accidunt Judeisque esse:
cius in aquarum superabundancia concurrere angustiasque significatur. Accedit ad hoc
occasus vespertinus Martis et veneris interiorum. in loca de natura veneris et Mercurii
et iuxta Columellam habundanciam pluviarum occasu suo portendentem

Non videntur hee coniunctiones morbos aliquos portendere in hominibus quia
nec signum humanum est nec domus celi undecima in qua cadunt ab ascen:
dente anni. morbis convenit. In piscibus tamen erit multa insalubritas et mor:
talitas indeque et propter usum hominum. timenda erit pestilencia in illis. que tamen pestis:
ta morte annis succedentibus vel aliis causis fuerit speranda veniet

Propter vituperacionem pluviarum et qualitates distemperatas in frigore et ca:
lore semente terre et fructus arborum in locis memoratis destruentur plu:
rimum et tunc exaltacionis veneris potissimum vinea et frumenta omnium
per pluvias grandines, ventorum tempestates. frigora acerba destruentur et comminuentur

Quia Saturnus dominium obtinuit in hac coniunctione. significat super gentem antiquam
quemcumque locum inhabitantem. Cum igitur hebraica gens antiquissima sit propter
fortitudinem Saturni sectam suam indicere tuebitur et consurget ad opprimen:
dum alias. Sed propter Martem et solem. potentissimas in se conciliabunt reges et spe
delusi trucidabuntur supplicabuntur miseriamque sustinebunt servitutem ...

Quid cooperabuntur huic pro alie coniunctiones planetarum

huic prime et maiori coniunctioni Saturni et Jovis succedet illico coniunctio Mar:
tis ad Jovem que iuxta Messahalla minor est. significans causa bellorum atque guer:
rarum contrarietates dominorum et regnum et mortem eorum quia in octava casta est:
et durabit res per biennium donec sed inquantum alia vice alter quia Jupiter est
augi spiritu paulo prior Martis. bonam in genitum reges deduxit tandem

Signat insuper annona que fiunt in pluviis et nivibus et corruptos aeres. verum quia Jupiter vincit demolliet sterilitatem corruptorem et mediocritatem faciet.

Tercio subsequitur coniunctio Saturni et Martis secundum Messahalam media et biennio eveniet. in qua utraque viribus pollet. saturnusque tamen magis spiritualis propter suum casum. vocantur igitur bella contrarietatibus effusionem sanguinis. et omnimode destructionem populorum et dominium. Consurgent homines potentes se plus extollentes qui plura regna occupant et populos inseparabiliter affligent et ob eandem hominum crimina peribunt propter solem simul cum statu invenietur molestissimi. cum signum piscium Relaturus veneris: Et secundum haly accident in hominibus fraudes deceptiones pressiones et violencia. cartam omnes et zenonarios regum hominum in terra signi piscium. iuxta tempus designatum

Subsequuntur item plures coniunctiones inferiorum cum superioribus que operatione sua eodem mense consistunt et sequentibus respiciunt per alias inter se applicaciones et ad signa piscibus quadrata et opposita. Inter quas prima est coniunctio Saturni in ♊. designans humiditatis frigidam et hiemalem. et homines erunt inter inamorati. pregnantes habebunt metum et tristicia periculumque vite. cum elevat Saturnus super venerem. sed tamen alia coniunctio ♃ in ♊ eodem tempore subsequens mitigabit mala earum et statum iusti fidelemque viros suis efficiet. in aere ventos humiditatem afferentes generabit. Alie vero omnes que sequuntur confirmant prenominata aut minorant eadem. Similiter coniunctio Solis cum Saturno ipso potenciore et item coniunctio Solis cum Jove ipso elevatiore super solem. signat indignationem contrarietatem adversus reges et qui contendunt illis adversari. in re tamen iusta et falsitatem fraudem nec destruentes in hominibus. a quibus mendacia et deceptiones remoneri conabuntur:

Quid ex tam multiplici mixtura planetarum omnium dicendum est

Nihil gravius est in astrologicis iudiciis quam effectum ex mixtione planetarum celestium dicere. Cum vero omnium planetarum hic sit inexplicabilis mixtura. impossibile esse videtur intellectui humano. id explicare quod significat. Tamen ut ex scitibus predicatur. Signat hec coniunctio unam generalem hominum congregationem propter christiane religionis cum signi piscium. in qua de fide sua tractabit et de erratis et irreligiositate eorum emendare satagent. propter utriusque satis potentem prevalenciam Jovis. quem saturnus in equitate et in honestate conservanda fortem iuvabit. Non igitur alii adversa parentur quam illi qui equitati iusticie honestatique restiterabunt. Itaque constituere in omni condicione hominum potissime christiane legis. mala et errores omnia extirpabunt et transgressores iusti et honesti punientur. boni vero et observatores iusticie et honestamenti honorabuntur et vestientur firmissime. Ideo fortune utriusque prevalent ceteri infortunii multos tabulatores primo invenient:

De Turcis et tartaris atque Sarracenis

Considerant multi eorum signum piscium et Martem in figura eclipsis lune per: niciosa illis bella portendere necesse est. Nam Leo ascendens pro maiori parte in dominio ordinationem cum venere decidit ad oppositum Jovis in septima retrocedentis. Mars demumque in tercium cum suo dominio decidit. In his vero coniunctionibus semper depressior Saturno et Jove reperitur. quapropter quamvis bella incipient sed in eis semper succumbent et damna mortemque subibunt. quod et eo confirmatur quod Albumasar dicit. Si fuerit coniunctio Saturni et Martis in piscibus. scilicet bella inter cives altum et cives maris et arabes. mortem nobilium et magnatum. Et quia cadit in piscibus quod signum est Saturno ventris. que arabum fortem tribuit. consequentur (ait) malum et interfectionem et destructionem et principes eorum utraque infortuna inserta est et depressior in epiciclo. et latitudine debilior

Quid specialiter quisque agnita genesi sua sperabit

Quia autore ptolomeo et omnium astrologorum. que domus celi fuerit impedita eius significationes damnabuntur Cum igitur hac coniunctione septenaria planetarum signum piscium plus infortunatum est quam confortatum in bono. Omnes igitur regi omnes civitates ville. et homines singuli in primordio sui signum piscium medios celi. potissime 10. 11. 12. et proximos illis in ascendente habuerint. valetudinem malam corporum et mortes experientur. Qui vero in secunda damna substancie et difficultatem acquisitionis. Qui in tercia propinquorum: itinerum: gravamina. Qui in quarta patrimonii: hereditatum: detrimenta. Qui in quinta uxoris et filiorum angustias. In sexta morbos novatos. In septima omnium contractuum damna et contencionum augmenta suscipient. Qui in octava mortem et rerum antiquarum detrimenta. In nona difficultates in peregrinationibus et legis sue vacillaciunta. In decima sublimationis et magisteriorum ingloriationem. In undecima fortune adversitatem. In duodecima laborem et inimicorum cumulationem. inspiciatur etiam secundum fatalem promissorem maiorem et minorem. Sic qui virginem Gemini et Sagittarium. Qui vero mense hoc februario nascentur aliquid singulare ultra communem cursum admirationis e celo recipient. secundum tamen figuras et signorum positionem in duodecim domibus et virtutem fortunarum et infortunatarum. tunc dominancium per applicationem et testimonium eorum inter se. et ad luminaria. partesque celi diversas prout astrorum peritis constat:

Quid preter dicta coniunctionis inferiorum cum superioribus hoc anno e[st]

Qualitatem aeris in mense illo et proximis per attestationem lunarem man
imo indicio expressam habes. In aliis vero hec adde. Coniunctio Iovis cum
Sole dominat sectam in lege et iudiciis. et gravitas illis erit propter emendacionem
eorum. Coniunctio vero Solis cum Saturno prohibet fraudes et mendacia dicitur
disponentur leges in iusticiam et bonitatem vulgi. locus Lune et Mercurii et oracio
huius secta sermonem et leges disiderabunt et discordie opus minatur. Mars sapien-
tibus per reges opponentur et prohibebunt. In ipso propter Lune aspectum in utraque
infortuna in exaltacione Veneris que est domina sermentorum indigencia vectis sic
et loco infortunatorum pavor belli et fuge. Mors tamen plures perimet et videntur
pestilencia vigerare. In mercurialibus et beatum studiosis loco Mercurii depressi
ultra alios planetas. fastidientur bone artes et superstitiose atque illicite multiplica-
buntur. In mulieribus ardor fornicacionis et illecebrorum accenditur propter Martem
elevatum super Venerem in epiciclo. sed breviter alii morbis dictis alii morti ipsa penas
tantum exolvent. hec sunt que in fine hiemis post actas coniunctiones in princi-
pio veris et medio autumni eveniunt. et sensibiliter agnoscentur fieri:/

De domino anni positi et quartarum eius

Dixit Messahallah et Albu. Cum volueris scire dominum anni aspice hora revolucionis
planetam qui fuerit forcior ceteris in loco suo. et plus testimonii et pone eum
dominum anni in climate in quo fueris. Examinatis igitur fortitudinibus planetarum in di-
gnitatibus suis et locis celi Martem invenio dominum in defectu aliorum. Ipse enim domus
domus lunaris[*] octave in nona consistit potens dignitate dominibus faciei et termini
est quod dominus hore et planetis in trino aspectu et scrutabili lune. et reductis suis testimoniis
in angulis figure intentalis habet 21 fortitudines. nec alius eo potencior reperitur
Ptolomei vero sentencia quia ultra idem planeta debet hec dominium de disposicione
tocius anni. et figura ingressus solis in arietem non est principium anni sed solum
addens et minuens accidencia magna in provinciis mediante per lunacione ligata. ideo
suis sentencie inherendo singulorum quartarum sic dividendo dominos. Veris namque Iupi-
ter est dominus quia dominibus termini et faciei gaudet planete in loco coniunctionis preventionis super 24 ✗
facte in angulo quod anteriore ad quem se ponit lunaria per motum equinoctii et
posteriore sed ascendente qui vadit ad locum illum in quo stetit lunaria mutis pro-
xbus 19 colligit fortitudines cum participabunt Saturnus cum Mercurio duo ascendentes
equalis etiam in dictis tribus locis habentibus planetarum sed 18. Racione etiam dominii
Iovis in eclipsi Lune anni preteriti. et effectum suis in medietatem maiorem veris et

[*] (margin:) spes

estatis duas partes. devolutorum erit dominium maius illi dandum est. Estatis vero
proprius gubernator erit Mercurius dominus loci coniunctionis in angulo orientis consti-
tutus et dominio suo. Autumni autem Iupiter dominium sibi asserunt eisdem
quibus in vernali quarta potestatis pollebat. hiemis autem Mercurius loco preventio-
nis in geminis Luna super terra opposita cum Mars loco Arietis in anteriori et super-
ter posteriori loco Cancri in posteriori angulis duabus partibus se offerunt. hoc
modo hii planete virissim quartas anni huius disponunt Iove dominante utique

De qualitate anni que sed crebrior et prevalens erit

Brevis anni atque qualitatem primarum preparatis stelarum et celi magnis configura-
cionibus revolucionibusque earum sitatque domus quartarum elicienda est. Quinque
sit grave pauris id explanare quod ex plurimis et equidem dissonis causis
elicitur. Premitto ideirco in primis effectum eclipsis preterite hoc anno contentum
qui ex domino suo Iove per profectum ad Arietem descendente et tunc presen-
tialiter illic decurrente. ad calidum aerem siccum ventorum siccum copulabitur in
maiori parte veris et estatis. Premitto insuper dominum orbis magni qui est Luna
divisorem eius qui est Venus. sive profectum coniunctionis magne que in 26 Cancri
et trinum aspectum lunarem radit et mansionem separatam. Item profectum coniunctionis
mutate triplicitatis aquee que in 18 gradu 51 minuto ♎ ad oppositum Veneris et mansionem
humidam venit. Et profectum infortunarum coniunctionis in Cancro que in 1 Arietis
corpus Martis et mansionem humidam devenit Deinum et con. minoris prox[im]e
que in 13 gradu 12 minuto ♓ in corpus Saturni fere equale et mansionem siccam de-
venit. Specialiter autem a ♒ deluvii in 6 gradu 22 minuto ♉ et corpus Martis
atque mansionem separatam. hec quidem plus testificantur pro caliditate mixta et
parva humiditate. Animadverte tria signum prevenientis coniunctionis luminarium
ingressui Solis in Arietem. quod est pisces. tamen Hermannus pluviosum signum
in eo quod Saturnus et Iupiter planete distemperati currunt. et Saturno Luna appo-
sita portam magnam super Solem. Et item ortu vespertino stelle Alramech circa
4 et oct. que dia videntur aperte per qualitate calida et interdum tempestuosa
ventis. Considero item Iovem fere ducem quartarum anni potentem. primo in domo propria
deinde in domo Martis decurrentem toto anno. Et Martem in signis septem-
trionalibus latitudine ascendentem. utraque in calidi et frigidi acerem portendit.
cum Sola occidentalitas eius et inferiorum. et effectus coniunctionum eorum in febru-
ario pro humiditate utraque superflua testantur. Quibus itaque in statera po-
sitis duo hec annum calido et sicco constituere. hoc in ordine In februario
effundentur ymbres uberrimi profluviaque magna facient. Veris autem.

veris qualitas

superveniente inspirate diffluent et serenabunt. ver namque ex causis euidentes temperato calore et claritate prodest illamque eluuiem absumet tametsi di: tim pluuias frequentes intermiscentes addiderit Saturnus quam orientalis et frigore matutino et nebulis nocebit. et Jupiter cum Marte eleuabit vapo: res multos in aera impressionum futurarum materiam nam successu veris perpet in partibus calidis apparebunt plures impressiones ignite et tempestas ymbrium cum coruscationibus et grandine noxia: maiorum versus: iam horride apparebit

Noua luna aprilis que est veris minor Sabbato Letare hora 15 m. 30 propter Jouem dispositorem sub radiis et alios plures ad calorem dispositos et claritatem sed propter dispositionem eorum signorum variabitur pluuiamque ad humiditatem frigidam nebulas et rores. tunc Lune appetente partem Saturno.

Dies precedentes diem nouilunii frigiditas aeris forte cum pluuia. tunc Lune decem: dentis in piscibus signo coniunctionis superioris et eorum coniunctionis. continuabiturque de: grassia cuiusmodi in feriam sextam. ubi propter Lune coniunctionem cum Marte et [illegible]: rationibus in ariete ubi redit perpluuit ad claritatem dirigetur cum nubibus [illegible] ad noctem oborientibus Circa diem Gregorii Saturnus ortu suo cum lyra de nocte veneris tunc apparentis partem Mercurio per coniunctionem et Luna in Cancro quadrata Soli. alterabunt aera ad humiditatem ventosam Die Gertrudis et ultra Luna appetens sibi partem super Saturnum magis coniuncte promittit plu: uiam cum frigore et nubilosa. et pluribus diebus continuabitur post dictam

Plena luna Aprilis nocte proxima dominice palmarum hora 3 m. 30. in successu dierum clarescet calide sed a principio nubes pluuiosas et frigi: dantes aerem ventosque suscitabit. noctes et matutinas gelabit R° quod venus cuius domina cum Mercurio [illegible]. partem sibi appetens per coniunctionem et ipsis Luna per oppositionem patet pluuiis in signo terreo cadente. et mansione humida frigidaque

Dies Sabbato palmarum et diebus sequentibus duobus dicti signatores opposite mutan: tes signum et Luna appetens partem ipsis magnam et ipsi subiungit. turbabunt aerem vento et pluuia frigoreque acerbo. Cum coopabitur occasus matutinus Spice de nocte ♀ et ☿ nubilosa et pluuiosa generans Die benedicti et feria tercia adue(niente) propter ingressum eorundem in taurum et oppositum Lune eadem qualitas seruatur ventura postea quiescet et clarum reddet cum calore Sabbato et die pasce paura altera: rio ex Saturno et duo quadrature Lune frigora nocebit et nubibus umbrabit solem et Mercurius latitudinem in stationis motum alterna variacione hos dederunt [illegible]. modestia in debita. in frigore vento. humiditate nubium

Feria quinta nocte et in crastino Luna appetens partem super Saturnum per coniunctionem et retrogressio Mercurii ymbrem producet uberius. plurimis:

Noua Luna Maii feria sexta conductus pasce hora 11. minuto 15. Quia in loco coniunctionis Mars dominatur et in angulo anteriori. nunquam Luna per decessum a Sole sepe iungetur. adeo calida erit et serena. cum attestatur eiusdem coniunctio cum Sole et receptio mutua. et pressuram perspicue in [illegible]

Dies tribus diebus ante coniunctionem quod venus oritur cum pleiadibus in sexti: li Saturni. frigus apparebit matutinis horis. et potissime feria sexta cum Mercurii cum Luna iuncti et solstitii Saturni cum venere ubi esset sperandum est grando pluribusque locis. Feria quarta proxima bona transiens in pleiades a co: mites veneris. pluuiam aut grandinem pollicetur cum frigore. Deinde clare: scet et calescet serenius sed feria sexta post ortum Mars iunctus Soli et Mercurio tem: pestatem minatur. in locis quam calidis tonabit. et impressiones ignite apparebunt. Dominica Misericordia et ulterioribus diebus sepe magnum calorem subsequetur tempestas ventosa tunc Mercurii sub radiis retrogradi in orientem. a feria secunda tercia Mars in tauro sub radiis in quadrato Lune quiescere illam facit et calo: rem cum quiete promittet Feria sexta sequenti festum Tiburtii venus ingrediens geminos et Luna in opposito superiorum duorum aera tempestatem cum ymbre mouebit

Plena Luna Maii feria sexta die valeriani hora 11 m 26. cum veneris in ascendente sed domina loci [illegible] super terram clara erit et calida et propter Martem cum Sole in eodem signo decurrentem sub radiis estus magnus per multa tempora erit vapores educens de terra et inde tempestates interueniunt

Dies Dominico die praecedenti plenilunium: nocte audietur alicubi tonare cum ymbres propter defluxum Lune ab opposito Martis et mansione humida ad oppositum Solis cum [illegible] occidentis. postea continuabit estus usque in feriam quintam. ubi Mercurius stationarius ad directionem in trino Lune variabit aera vento et nube: culis. nisi et praedicti coniunctio aggregantur tempestas horrida attestantibus alie: oribus per quadratum ad Lunam Die Marci post ortum. Luna a quarto Martis ad quartum Solis defluens in mansione separata. et occasus vespertinus stelle Rigel [illegible] Satur. et Jouis promittet validam tempestatem tonantem. Feria quinta Die vita: lis Luna appetens partem super Saturnum per coniunctionem. et in quarto veneris ad: iuncta nubes suscitabit minaces. postea clarescet solito. A die philippi usque in coniunctionem pluresque frigescet molestius nocte proprie et matutinis. et subsequentur tempestates grandinis. ymbriumque nocentium sementes. eo quod Sol pleiadibus

corpore iunctus sextili Saturnum respicit et hoc quadrato Venerem in ... perpluit

Noua ☽ Junij die qualtuorum Cureris hora 10 minuto 20 est gradus eius est gradus pleiadum Venus domina loci in opposito Saturni Lunam a corpore Martis in corpus Solis destruit ideo a principio plurimis frigidis et grandinosis crebro aera molestabit a quadra pa caliditatis et serenitate proruet

Dies ut dixi circa et ultra diem lunarem frigidior aura plerisque grandinem et pluviam frigidam demittet et nubes ascendunt circa festum in crastinum ascensionis ubi Mercurius intrabit Taurum et Luna ingreditur Veneri in gradibus nubilosis. Clarescent tamen interea dies in eiusmodi alteratione mutandi.

Die dominico et festo Stanislai Venus Cancrum intrans irrorabit terram et admixtis nubes suscitabit humidas solem interripientes Deinde clarescent dies et rore matutina humectabunt propter quartum Jovis cum Venere in signis aqueis et utrosque in mansionibus humidis propter vero solem in sextili Jovis orientalis clarescunt optime per omnes dies residuos huius mensis usque in diem oppositionis luminarium

Plena ☽ eiusdem feria tercia penthecostes hora 19 minuto 32 cuius primus dispositor Mercurius orientalis in domo propria ad Martis domini anguli antiatione convertens transiens fecit tamen claram calidam et interdum ventis tempestuosam

Dies Eodem die Luna a Martis opposito ad Solis opposito accedens tempestatem minatur et quia postea apparet sibi portam super Saturnum ex mansione humida hymbrem aliquibus demittet subitum. Feria quinta proxima tempestas validior et tonans noctem versus. racione Lune in mansione humida in quadrato Jovis et opposito Veneris et propter sextilem Mercurii cum Saturno refrigerato pausa in aere sentietur Dominica Trinitatis et paulo post varietas ex nebulis vento pulsum diversis estu interrumpente durabit per plures dies dispositione ventosa propter Martem et Mercurium iunctum in geminis et Lunam quadratam in mansione ignata ad ... Die urbani cum pluvia subita racione quadrature Lune cum Sole et aperiet magnam portam supra Solem in eius opposito perpluuit demittet Deinde estus cummatius aderit propter plures partes in signis calidis nisi in crastino Corporis domini Luna coniuncta Jovi in signo igneo et quadrata Veneri in mansione humida hymbrem cum tonitruo generabit Sabbato trinus Veneris ex Solis mansione ad Saturnum humidiores nubes noctis suscitabit et vultur volans cum occidit et 4 vespere oriens ventos suscitabit polentem feria sexta sequenti ad noctem et mane Luna circa pleiades in sextili Veneris et Saturni admixtis rorem demittet et nubes oborti humiditatem portendunt

Estas in suis qualitatibus calida erit et tempestuosa fulgurans et impetuosos demittens hymbres ad siccitatem tamen facile vertibilis propter hoc

quia eius primus dispositor Mercurius in domo propria sub radiis ... desiccat et ventosus est et orientalis claret quadratura autem superiorum inter se et cum inferioribus et Sole tempestatibus minantur potissime quod omnes fere signa obtinent calida erit igitur estas urens tonans ignitarum impressionum et vulgaris

Noua Luna Julij que est estatis minimum erit feria quinta die Marcelli hora 11 58 minuto non uniformiter constabit. Nam racione primi dispositoris Mercurij ventosa et calida promittitur et racione quadrature Saturni cum Sole et Mercurio refrigerabit nubes tempestuosas suscitans ventos et hymbrem procurans interpolato estu fervido regnabunt ob orientalitatem fere omnium

Dies A principio lunacionis nubes interripient claritatem racione Veneris preeminens Saturni signum mutantis sed Mercurius ventis purgabit aera et ortus vespertinus delphini ventum refrigerantem procurabit Sabbato sequenti quadratura Solis cum Saturno portam aperiens et Luna Veneris coniunctum petens pro nocte grandinosam pluviam minatur et in crastino Coniunctio Solis et Mercurii cum Saturno quadrati ventos sevum et frigiditatem forte et tempestuosum movebit et pluribus diebus durabit varietas quedam interpolato tamen fervore dierum Feria quinta ante Barnabe Luna aperiens magnam portam Saturno super Solem ex mansione humida et Mercurius in opposito Lune Cancrum ingrediens humiditates pollicentur invalescentes sed subito transeuntes postea calor racione ortus cum 4 et occasus occidentis matutini et tempestuosas nubes concitantis interpolatim

Plena ☽ eiusdem in crastino Viti hora sexta minuto 2 racione Martis in angulo orientis estuans videbitur et cummatia ex quadrato Jovis et Solis sed a quadratura mutabitur ad nubilosum et tempestates pluviosas racione Saturni stacionis ad retrogradum in loco mansionis humide et alia talia

Dies Eodem die Luna aperiens magnam portam Jovi super Mercurium utrosque in mansione ignata ... movebit aera ventis et interdum pluviam propter ortum vespertinum equi alati cum 4 et occidentalis et propter occasum matutinum vulturis nubilosum Die dominico post Viti Sol cum stella halhabor cum 4 et occidentalis oriens et Jovem quadrato aspiciens in mansione calida fervorem aeris portendit et estum plus duabus durantem diebus et tonantem sepius. Feria quinta ante Johannis Baptiste Saturnus stans ad retrogradandum et Luna in quadrato Solis nubes concitabunt pregnantes et pluviam demittentes et calorem refringentes et Sabbato in crastino Johannis quadratura Martis ad Saturnum et Mercurius in quadrato Lune Leonem ingrediens hymbrem subitum et vehementem dispensant. Die Ladislai Luna in quarto Veneris pleiades pertransiens aliquid humiditatis respirat aut nubiloso aere et roride pertransibit dies ille.

Noua ⁊ embolismi In vigilia visitationis Marie hora 12 minuto 50. Cuius dispositor Jupiter orientalis in signo igneo. tamen calidam promittit futuram Venus autem preceps tenet anguli anterioris virgine ingre-diens et Saturnus in trino Solis et mansione humida regrediens in quem pri-mo luna a sole decedit. eam parum humectabit cum retracto calore ipsius:

Julii **Dies** Eadem die Sol oriens in precessione ... et occidens. vt experientia docuit pluuiam minatur claritate intercisa. Venus quoque mutans signum eidem attestatur. ad minus nubes decurrent circa solis diuellende. Feria tercia et quarta post visitationem festum minor dispositio ad pluuiam et nubes grossas. Racione Martis Cancrum intrantis. et lune veneri iuncte. quod vero hoc tempore stella Regel ... ♄ et ♃ oritur matutine in Solis. addet rigorem et nubes discurrentes teste experientia. Feria quinta proxima Luna a quarto Martis in oppositum Jouis deflu-ens in mansione irata tempestatem minatur tonantem. idem et feria sexta quod Luna apperit quadrangulum Soli in mansione humida et Mercurius mutat lati-tudinem. Feria secunda ante Margarete post circumstantem imminebit hinber subitus quod Luna ex mansione humida quadrangulat veneri in sicca mansione decurrente. Die Margarete contrahebitur tempestas tonans et hinbrosa. quia Sol intrans Leonem et Luna opposita Marti et quadrata Joui. in mansione calida et circum solem. paruumque pluuie diurna in corpus veneris et mansionem humidam declinat

Plena ⁊ eiusdem Die diuisionis apostolorum hora 18 minuto 20. cuius dominus Jupiter in leone superans Saturnum quod latitudine meridiana minor. cui Venus participat tenet anguli anterioris. hec quidem et natura sua calorem attestantur magno. Sed retrocessio ♃ et statio proxima ventos mobilissimos et inuenata promittit

Dies A primis diebus tribus. Mercurius domicilium intrans suum ventos susci-tabit. et Jupiter stans vehementiam addet. Sed quia est eius mansio sicca. aderit magis et vapores educet de terra. et feria tercia vbi regredi incipit in tetrago-no Martis magnam suscitabit tempestatem. tonantem. fulgura et hymbrem quod tunc Luna in oppositum veneris apperit sibi portam super saturnum per corpus Consilii tempestas in vigilia Magdalene oritur tunc Lune a corpore Jouis ad quartum Martis in mansione irata defluente. quibus venus opposita saturno et pluuias frigidas et nubium ingrauescenciam addet et pendet aliquanto. Sequens a sabbato post Magdalene. et a quadratura Lune calidi dies prestabuntur quia Jupiter dominus quadrature trino Soli applicat Mercurius autem retrocedens in virgi-ne ventos suscitabit fortes sed in quarto intermedia. nubes. pluuias inmiscendo. Die pantaleonis Venus Libram ingrediens pluere faciet. et eo magis quia

Luna Marti iungitur in Cancro in mansione nubilosa et ad geminos:

Noua Luna Augusti Die dominico post Jacobi hora 3 minuto 2 noctis precedentis. A Joue gubernabitur dominus lunaris super terra et veneri tenet anguli anterioris. proxima igitur frontem calorem promittet. Sed retrocessio Satur-ni in piscibus. et Jouis in ariete. Mercuriique in leone variacionem portendit cum nu-bibus discurrentibus et pluuiam minantibus. potissimum quod Martis Cancrum et Venus Libram possideant. et Aquila ortu matutino super nubes generare solet

Dies A primis diebus nonnullis venus mutans signum ingrossabit aera nubes et Luna a sole procedens coniunctam Mercurii retrocedentis in Leonem ven-tum et pluuiam mouentem. ... eiectatus viribus effundet. Deinde circa debitus feria quarta die Stephani prope noctem consurget tempestas cum hymbre et tonitru quod Luna a corpore veneris ad oppositum Jouis et post ad quadratu-ram Martis decedit. cum sint loca in mansionibus iratis constitutus. po-stea subsequentur quies in claritate estiua Deinde sabbato incipient nubes steriles oboriri quod Sol in gradibus nubilosis decurrit et oritur in Corde Leo-nis nubes in Caumate. pluteas generantque Die autem dominico ventus distrahent nubes et clarescet quia Mercurius Soli iunctus in leone ventosus est. et Ve-nus e domo propria Joui opposita tempestates hiis diebus ventorum protendit in debito ... calore solis. Die Laurencii Luna in quarto ♃ et ♀ tempestatem mouebit

Plena ⁊ eiusdem in profesto assumpcionis Marie hora 9 minuto 20 racione Mercurii domini lunaris super terram in ascendente. Stacioneque ad di-rectum ventosa erit et nubilosa tandem calida debitis et claritate conciliis.

Dies A principio Luna ab opposito Mercurii decrescens ad solis oppositum decedens ventos suscitabit nubes congregantes et variantes claritatem in nubi-loso. Et quia tunc Sol oritur cum stella Alfart nature Saturni et veneris. interdum pluet et refrigerabitur aer. Die Bernardi Mars mutans signum nu-bes suscitabit sed non adimet estum solis Die dominico immediato Luna transiens per pleiades in quadrato Mercurii. parum humectare poterit. vt rorabit terras. Die simphoriani Sol oriens cum Cauda Leonis et Luna apperiens portam super Saturnum. nubilosam facient et interdum pluuiosam. In crastino Bartholomei et magis tercia die. tempestas concitabitur ad pluuiam vt sola nubilositate dispergetur. paulatimque pertendenda. quia Luna iungetur Marti in mansione et gradu nubiloso. et postpluuia diurna in opposito eorum disperget:

Noua ☾ septembris

feria sexta die decollacionis Johannis hora 12 minuto 13 constans in calore et serenitate. prima facie remittitur quia Mercurius dispositor eius, redit loci lunacionis et et extremus angulis in leone orientalis et vi cinus de sub radiis. 2^m [illegible] serius est et calidus et quia ad virginem properat ventosus.
~~Dies~~ erit Sol autem in oppositione Saturni vadens frigiditate et humiditatem minatur
Dies A principio venti et nubecule consurgent aliquibus pluet licet quia Mer curius dispositor mensis domicilium suum ingreditur in quo ventos mouet et quia orientalis humiditatem facit. In profesto Egidij obscurius pluet quia luna ad mansionem humi da veniet ingreditur in termino eius. sed tamen [Jupiter] ad Martem misabit serenitatem dierum
Die Egidij et inde circa frigidior aura matutina et humiditates plumose nubes consurgentur pluribus diebus. Ro. quia sol applicat Saturno [Venus] oppositum utrumque demer gente in mansione humida et duo sibi orientes in oppositione loca ut [Venus] et [Saturn] occidentalis. Ve nus autem scorpionem, tres Martis, amenum maioris pluuias testatur in feriam se cundam ascendendas. ab hinc minor qualitas celi et clara serenitate usque in alteram diem dominicam nisi dies Natalis Marie propter oppositum lune Marti in signo pluvioso ostenderet pluuiam obscuriorem. Die dominico et festo prothi et Jacincti Lu na appropians sibi portans super saturnum in signo pluvioso et Mercurius in opposito orizontem ascensum latitudine sufflabit nubes et pluuias ventis [illegible]

Autumnus in qualitatibus quo disponetur

Jupiter primus dispositor autumni quia ipse dominus est lunaris tempus secundum lune in posi tibus super terram soli opposite cum principabitur Saturnus redit angulis anterior et Mer curius redit ascendentis et loci solis. hoc autem testantur autumnum serenum debere qualitatem suam secundum frigidam temperari quia vero retrogradi sunt Sat et [Jupiter] nubibus abundabit et cum Jupiter dominus venus in scorpione retrogradi hoc tamen pluuiam mixturam spectat quia item duo inferiores [Venus] scilicet et [Mercurius] occidentales in sole in signis opposita decurrunt et ad radios eius appropinquant iteratum maioribus attestabunt humiditatibus autumni

Plena ☾ septembris

que est initium autumni feria tercia in profesto Crucis hora 2 minuto 23 post meridiem. a principio quidem propter oppositum Saturni cum Mercurio frigida et ventosa erit. sed sursum aliquot dierum serenabit et calescet redit Jouis primi dispositoris Soli opposite in signo igneo. Sed post quadra ventosa magis quia idem dispositor cum principes [Mercurius] opponitur et venus retrograda in scorpione
Dies Eodem die Sol oriens cum Alramech cum [Jupiter] et occidentis et Mercurius oppositus Saturno nubium ingressum serenitatem et ventos suscitabunt pluries sol cum pluuia impetuosa propter Lunam in mansione humida Jouis retrogrado applicantem

Sabbato nocte adhuc perdurabit Luna decedens a quadratura martis ad pleiades humiditatem minatur aut admiscebit nebulam matutinam [illegible]. deinde cla rius erit sed Jupiter cum Sole mouebit ventos vehementiores pluribus diebus.
Feria tercia in vigilia Mathie Luna quadrata in mansione humida cum Sole Venus stans ad regressum in scorpione augebit pluuias et nubilosi tates diutinas. quibus etiam mercurius addet ventos ingrediendo libram in qua to Lune nec dissoluentur nubes et humiditas pluuie usque in diem domini cum post Mathie. sed Jupiter cum Mercurio opposite ventis quas sunt fortiter suscita tabunt magnam partem pluuiarum absumerent. deinde quiescunt in communem

Noua ☾ octobris

die Stanislai hora 21 minuto 20. redit veneris sui dispositoris retrogradientis in scorpione pluuiosa erit et nebulosa nam Satur nus illi participans in angulo anteriori in ascendente locatur. attestatur huic humiditati et nebulositati frigide Mercurius sub radijs delitescens. altitudo testa
Dies Eodem die quia Luna ab opposito Jouis ventosi ad Mercurium et Solis con iunctionem in mansionem humidam voluitur ventos concitabit et pluuias pluribus diebus duraturas. Die Michaelis obscurius pluet quia Luna ingreditur veneri in signo aqueo. alijs diebus interpolatim clarescet post depulsas matutinas ne bulas. Die Francisci et circa, Sol oriens in lyra cum veneris et in opposita sunt venere et Mercurio plurescunt nubes pluuias minantes mouebit. retrorsus radijs lucentibus. Feria quinta post Francisci Mercurius in sextili Martis scorpio nem ingrediens. pluuias attestatur minutas et variabit [illegible] cum nebulando inter pluet et clarescet varietate mixta. Dominico die sequenti usque in feriam terciam pluet obscurius. alijs nebula grossa pluuia adiungit quia Mars et Ve nus signa mutant et Sole oriente Cauda Leonis de natura [Saturn] et [Venus] occidit a nocte alias pluuiosas et nebulosas efficere solet non frigore aliquo gelido. et duobus sequentibus

Plena ☾ eiusdem

feria quarta ante festum Hedwigis hora 21 minuto 20 Regina veneris sui dispositoris in occasu solis constituti temporaneum clarior et con stantior erit perdurabit. Infortuna [Saturn] in figura angulis in oppositis destruebat illam permittitur. Saturnus proprius noctes humidas et frigidas portendens
Dies a principio redit veneris cum Sole dies clari erunt et spacium noctis ve ro humidiores propter Saturnum super terra potentem. unde et gelide erunt noctes. Die Hedwigis et circa Sol contingens Scorpionem et Luna in opposito Martis plu uiam lentam spargent nubiumque desursum parabit interposita quoque clari tate simul transibunt dies varij et alterabiles usque in diem quadrature

Die translationis Alberti nebula grossa infrigidabit mane. alias astendet fa-
ctura pluuia frigidaz. quia Luna a quo veneris sed quadrato solis veniet
cipali significatore et Marte consignificatore diametrali oppositis et ad Lune quadratis
disponitur a principio turbulenta et nubium pregnancium desursum et humide pluvie

esse plerisque in tempestatibus tonantibus ventisque validis. racione stacionis Saturni et
Mercurij in signis contrarijs. quibus coniugabitur Mars fortis in quinto Solis

Dies Eadem feria tercia pulcra dies et estiva ad noctem nubes congregabit plurimum
sicut plurimas etiam pluviosas Feria quinta proxima et pluribus sequentibus estus adveniet et
parabit tempestates tonantes grandinosas et ymbrem subitum eosque repellendo racione
stacionum Saturni et Mercurii. eadem quadratura Sol ad Martem sabbato sequenti efficiet
Dominica die minus calor aget calorem quia Luna fortunata affertur radijs Die feria sexta
proxima ad noctem Luna desistens per signum ascendentis hora oppositionis et portam sibi
aperiens super Saturnum per coniunctionem in mansione septima impetum pluvie cum tonitruo
adducet et noctem terrebit dormientes. tandem in crastinum purgatum aer temperabitur

Quarta Lune decrescentis feria quinta in vigilia Margarete hora 18 minuto 29 Racione
loci lunaris supra terram ex Jove significator fructus habet ad quem etiam Luna a Sole
discedens primo applicat corpore. Calida igitur erit et temperate procedens quinta. sed propter
Mercurium retrogradum aperientem portam super Jovem in mansionibus suis ventos
plerumque generabit fortes hos nubes depellentes alios pluviam afferentes impetuosam

Dies Ipso die quadrature estus tandem et tempestas pluviosa alicubi tonans
quia Luna in mansione septima Martis et Jovis lumen ad Solem detulit in termino
Saturni Die Margarethe nubes adveniet intercipient Solem et terre dicentur ventus agi-
tate racione applicacionis Lune ad Jovem dispositorem ipsius in mansione humida et signo ae-
reo. alijs aut et pluvia dendit Feria sexta in profesto et die divisionis apostolorum
venti flabunt hos clarificantes aerem et depellentes nubes. alios post estum congregantes
pluvias ex apercione porte Mercurij super Jovem ~~Luna per pluvias descenseret~~ in
sextili veneris. ubi pro nocte etiam speranda erit pluvia et omnia plurima nebulosa
Feria sexta die Alexij varius aer nunc clarescit nunc ymbrem dennet subito. alicubi
cum tempestate tonante Ita et repetitis vicibus varietas talis apparebit et impetuosa
pluvia dendet. In crastino festi racione Martis et veneris intrancium alia signa
et racione apercionis porte cornuum per quinque unde et plerisque locis timenda erit grando

Coniunctio Augusti

Feria quinta ante festum Magdalene hora 15 minuto 20
Ex qua coniunctione hic mensis erit calidus et siccus paucis principiis pluvijs et ventis
primo post ex Jove dispositore loci lunaris et anguli anterioris Eadem ex Saturno
principis et Mercurij retrogradis quorum regressio in nostris regionibus semper immisit pluvias
vel nubes calori Novimus etiam unum cum Mercurio adusti radijs solis ardorem permittet

Dies prior die lunaris id est feria quinta estus comparans Ita die coniunctionis
tempestas certis in locis movebitur cum nubibus desursum alijs estus transibit

alijs in pluvia resoluendi dissoluetur ita et varietas quedam in aere ex claro nubi:
bus pluvia et vento apparebit rex Mars retrogradus in Sole coniunctus Die Magdalene
clarescet. sed venus et Saturnus in Mercurio asserti per tenues nubeculas suscitabunt
leues plerumque ventilantes sic et tempore calore et equalitate dies transibunt plures
Die dominico Appollinaris sol intrans stelle de natura Martis ventus suscitabit imbres
depellentem aut in hymbrem soluentem quod plenius alibi solutus est estiuat
Die Jacobi apostoli et circa estus in euaporationem ex Luna in parte Iudeorum et opposito Martis
et Mercurij in signis siccis Die Anne post estum subsequitur tempestas horrendi tonitrui
et hymbre solutus ad noctem propter alijs aut in crastinum differtur quia Luna in
Scorpione apperit magnam portam Marti supra venerem radijs solis adustam
Quarta Lune residentis in crastino Anne hora 13 minuto 12 ex Jove gubernatore
solis supra terram clara promittitur eo potissimum quod sextiliter ipsi applicat et opposito
veneri gubernate et hec ipso solide pluuis etiam ventosa rex Mercurij stationarius
Eodem die depulsa tempestate preterita aderunt nubes descendentes humorem mane pla:
centes modice et post hec claritate redeunte ventique leues suscitabuntur estum refrige:
rantes propter sextilem solis ad Jouem Sabbato in crastino pantaleonis Luna in
humida mansione et Mars stans ad decertandum sub radijs variabit aerem nubium
descensu et pluvia modica decidente qua facile estus solis deprimet Feria secunda
et tercia que est vincula petri clarescit estiue rex veneris in corde solis existens
Oppositio Augusti
Feria quinta post festum vincula petri hora 13
minuto 53 Cuius quidem gubernator proprius est Jupiter et rex loci solis et ratione
anguli anterioris cui venus principabitur quod domina ascendentis iungitur soli Ideo hic
semimensis erit estuans et clarus interdum etiam tempestuosus : . —
Dies de feria quinta predicta in noctem sequentem post estum tempestas concitabitur
pluviosa et tonans ex quadrato Lune ad duos superiores tonitruosos Et ipso die
coniunctio sole cum marti habundancia nubium hymbrem descendentium et minantium
tonitrua Alijs aut estu rumatico transibit quieti. rex solis iuncti in Stella natu:
re Sat. et veneris Lune opposito ipsa ad opposito veneris post decidente in mansione hu:
mida Sequentibus diebus dies estiui paucis nubeculis transeuntibus estimabuntur dies
dominico propter quod sol cum Corde leonis et Luna in signo et mansione humidis soliti
sunt mouere nubes cum rumatis In profesto Laurencij etiam post tempestas erup:
tabitur eo quod Luna ab opposito Martis in mansione humida Joui iungitur Die Lau:
rencij estus euaporans cum nubium transitu rex veneris per gradus puteales re:
minum Martis ad virginis signum properantis ubi circa initium nebulose oriuntur matutine
Quarta Lune descendentis feria sexta die Tiburcij hora 12 minuto 31 ex Jove dispo:
nitur et Mercurio conquassatur et estimabit accidentia ad id opposito Jouis in Marte et ipsa
Mercurius versus finem suis apperit sibi portam super Jouem ideo et tempestates generabit
Eadem die calor et claritas paucis nubeculis interrupta plerumque post meridiem fortas:
se pluet vento afferente nubes pluviosas rex Lune a pleiadibus ad quadraturam solis
et veneris in mansione terrea decidentis Sabbato virginis venus ingressa lentam
pluviam instrabit alijs solus nubes recondunt et lucentem solem adumbrabit eo quod Lu:
na in mansione sicca et domo Mercurij eadem applicat per sextilem Dominica die Hip:
politi Luna in mansione sicca in sextili solis ac veneris et Jupiter oppositus Marti
in signis tempestuosis feruentes faciunt aera estiui Demum tempestatem validam suscita:
bunt et tandem redibit estus adumbrationesque solis per nubes distractas ita et proce:
dentium purgabitur aer et reddet temporis quieta Feria quarta post festum assumptionis
Mercurius apperiens portam Joui in signis tempestuosis aduret estiui et ventos fortes
suscitabit qui a meridie nubes afferent Feria quinta propria tempestas maior oritur
cum fulmine horrido et estu graui rex Lune in quadrato duorum tonitruosorum cum
lumen in angulis Mercurij descendentis cum eorum signis calidis tempestuosis Quia vero
Sol stellas de natura Sat. ven. et Mercurij attingit que solent sic afferre nubes spissas
aliquas pluviosas ideo soluetur hec tempestas ita minax in hymbrem alijs plerumque que.
Coniunctio septembris
Feria sexta post assumptionem Marie festum hora 2 minuto 20
Et quia Mercurius in loco coniunctionis maius posse habet ipseque adhuc sub radijs in
leone et termino suo ac loco coniunctionis de natura Jouis qui est dominus anguli anterioris
sicut Mars posterioris ac ipse orientalis a Sole ideo verum est quod hic mensis presumitur
calidus et siccus tum rex Jouis tum rex Mercurij in Marte considerati per opposito
verum in principio opposito prime stationis Jouis ad pluviosos ventos et frigidos mutabit
Dies Die Coniunctionis calor temporis debitus sed in crastino ventus aggregabit nu:
bes in pluvias plerumque dissoluendas aut admiuus ingrossantes aera rex loci lu:
minarium in mansione humida et veneris in eis eadem recepte iuncte Deinde estima:
bis temperatus calor cum claritate nubeculis matutinis ac quasi nebulosis humide
A vigilia Bartholomei fere usque in sabbatum venti fortes excitabuntur pluvias fri:
gidas pro parte afferentes nubes recondensantes et adumbrantes radios solis Rex
Jouis dispositores mensis stationarius et Rex Mercurij domum suam virginis scilicet signum
ingredientis Singulariter in nocte post festum Bartholomei hymbre cum tonitruo

decidet salis in die festo accidet· alias in crastinum esset differentia eo quod illis Luna in mansione humida a opposito Solis ad oppositum Veneris in mansione humida connexa venit. Ab hinc quieti dies calidi et clari. eo quod Sol accedit ad trinum Jovis orientalis et quia in signis terreis decurrent et Merc. accedit ad coniunctionem Solis in domo sua et signo ventoso. ubi ventilationes leves· serenitates et infrigidationes revelabuntur. Frigus insurgente, nubes pluviosas aut admixtas nebulas frigidas generando, frigus signanter. Die decollationis Johannis ubi Sol applicat stelle nebulose de natura Saturni et Veneris et feria quarta immediate sequenti cum maiora motu ventorum proflatus tonante. Eo quod Luna in opposito duorum superiorum et postea in corpore Solis. In superiore serenare potest.

Nunc ordo exposcit naturam temporis ponere autumni

Autumnus qualis esse in qualitatibus ventorum sit a pluribus in figura ingressus Solis in Libram atque ab ea opposita que est immediate ante ingressum deprehendenda est. Primo itaque quod loco preeminentiam Jovem in signo terreo decurrente· serenitatem esse fateri oportet. Nam Luna super terram in piscibus opposita soli recta est et duos angulos possidet Saturnus utrosque retrogradus. Duos item ascendentes angulosque anteriores cursus oppositus Sol et aspectus introitalis. Mercurius adustus· ?paratus est. Ex his fateri oportet autumnum

Qualitas autum futurum esse ventosum et siccum· accedente etiam effectu eclipsis Lune qui statim post ingressum Solis in Libram incipiet esse· ventosus siccus et nubilosus. A festo tamen Natalis Marie fere ad festum Michaelis eo quod Saturnum retrogradi in opposito Solis frigidus nebulosus plurimum et pluviosus erit. Dictum generaliter variationes in mensium differentiis notificabitur quas in summa propter diversitatem coniunctionum inpossibile est explicare.

Oppositio Septembris

[illegible] post diem Egidij hora 4 Mto 6. varia erit in suis diebus. A principio tamen grate ventilabit eo quod Jovis dispositor sui cum Mercurio seculariter se aspiciente in signis ventosis. Statim post frigidior et ventosus cum pluviis afferet. ratione Veneris Saturno opposite. et Mercurij in Virgine adusti.

Dies Ipso die Egidij grata aura cum nubium dispersione quod Luna in mansione humida a seculari Jovis ad oppositum Solis lumen defert. In crastino hoc est sabbato ampliores nubes vento agitabuntur et alternata quiete clarescet quod Mars mutat signum et Luna in opposito Veneris in mansione humida ut experientia testatur. A feria secunda post Egidij clarescet iuxta temporis huius congruentiam quod Sol stellam Martialem attinget et Merc. Jovi seculariter applicat et domo propria vadit et ventilabit. Nocte autem in feriam tertiam Venus Libram intrans pluviam ministrabit. Locum Sed feria quarta amplius pluet et frigescet aer diutius eo quod Veneri Saturni opposite

aliquibus erit Luna Jovi coniuncta ventos suscitabit. In vigilia Natalis Marie Luna inter pleiades in trino Mercurij addet paucis humiditati varietatem maiorem. Sed die festo Natalis quietius aliquid videbitur. et fortasse calor estivus parans tempestatem aliquis quia Luna in mansione sicca defert naturam Saturni ad oppositum Martis combustam.

Quarta Lune decrescentis Sabbato in crastino Natalis Marie a Mercurio adusto gubernabitur. unde ventosa erit sicca et plurimum serenabit. Feria tertia ante Lucie nubes pluviose. immo et pluvia uberior intercipiet claritatem. eo quod Mercurius signum mutantis. Feria quarta predicte Lucie maior pluvia speratur ex ingressu Solis in Libram. ratione autem Mercurij Saturno oppositi venti variabunt aera et frigus adversabitur nubes plurimum quod prohibebit pluviam. et clarescere sinent radios Solares.

Coniunctio Octobris

Die dominico ante festum Mathei hora 13 Mto 20. Dominus huius coniunctionis ex loco lunarium et angulo priore qui est ascendens Venus in Saturno opposita sunt. Venus tamen que et respondens ascendentis in suo domicilio possidet. et Saturnus cui Sol portam aperit per oppositum aspectum. Erit igitur hic semimensis frigidus asper· nebulosus et a principio pluviosus. postea tempori similis.

Dies Paulominus dicam coniunctionis frigiditas aeris horrida ex nebulis grossis et humiditate pluviosa durabit. eo quod Solis in opposito Saturni· propterea plurimis huius inicio. Feria secunda proxima temperabit aer et ventus infrigidans prohibebit pluvias. ex Luna in Libra Veneri iuncta. tandem ibit dies tepidi frigore et claritate. noctes autem gelidior. ex Saturnus efferet et matutinas nebulas. alias pluviosum et plurimum tempus.

Quarta Lune crescentis in qua effectus eclipsalis minabitur. Sabbato ante Stanislai hora 2 Mto 10. a Saturno eo quod loci Lune in septima sunt gubernabitur et quia Sol attinget stellam de natura sua et Mercurij ideo frigora consummabit et mali aeris dispositionis cum suis regressibus in piscibus. Eodem die turbidus aer et frigidus ex nebula. eo quod Luna aperit magnam portam Soli super Saturnum per quartum. et persplenet in opposito Martis occidit. In vigilia et die Michaelis tempus pluviosum habundantur. eo quod duo inferiores Scorpionem ingredientes et Luna in piscibus signo pluvioso et mansione. per oppositum aspicit Martem. poterit autem et die Jeronimi producere pluviam et nebulosum eo quod Mer. in principio Scorpionis et eo quod Lune Saturno coniuncta. Alramech est stella Jovis et Martis· vesperi oriens solita est his diebus noctes pluviosas aut aeris humidi efficere. nubesque pellet in congeriem et obscurare solem matutinis horis.

h. n. Mto 10

Oppositio Octobris Die dominico proximo ante Francisci hora 21
minuto 8. In hac autem preventione venus ratione dominii in loco solis super terra
dominatur cum Saturnus participabit eo quod ipse ascendentis dus pluribus esse pollet testi:
moniis in loco solis. Luna igitur veniens in scorpione humida et tunc Saturni fri:
gida erit pro isto tempore. venti [illegible] versus partem quadrati eam sentibunt in magis
ple [illegible] ex appressione postea Mercurii supra Jovem retrogradantem in Tauro:
Dies Eodem die pro nocte pluet postea [illegible] sub radiis solis in mansione
humida. Feria sexta clarescet dies sed ad noctem etiam parabitur pluvia aut ad minus
nubes obscure quia Luna ad oppositum veneris et Mercurii in signo pluvioso devenie:
rit dendet. potest autem hec humiditas in feriam tertiam protendi mutatio temporis die
rum dendet. Die Francisci sol in pectore et Luna circa pl.
[illegible] clariore et Luna in coniunctione Jovi. Die Francisci Sol in pectore et Luna circa pl.
iades frigus promittit aspectu eorum gelidum nocte. Et coniunctio veneris cum Mercurio
in scorpione nisi impediret frigus prolongaret pluviam per aliquot dies postea
Et feria sexta post Francisci temperatum videbitur celum. quia Luna a trino solis ad op:
positum Martis lumen defert in mansione sicca. Die dominico proximo post Francisci
et [illegible]. Mercurius appetens partem Jovi in scorpione. ventorum flatum mutabilis
afferentem pluvias et pluribus diebus durantes cum variatione intra clarita[te]:
Quarta Lune decrescentis feria sexta die Dionisii hora 0. minuto 32. Ex
Jove disponitur. quapropter ventosa erit a primis diebus ex dicta appressione post
Jove per Mercurium. postea quod Luna in mansione humida et venus recipit Jovem
et domo sua per oppositum aspectum ideo die quadrature pluet et nebulabit
Feria quinta proxima Luna in mansione humida per quos applicans duobus
inferioribus. demorantibus in signo aqueo pluvias suscitabit durabilem et
nebula frigidamque aerem ab hinc usque in diem coniunctionis sequentis. pro
pter Saturnum repedantem in piscibus in quadrato Martis. Feria sexta et Sabba:
to die Calixti tunc solis scorpionem humidum ingredientis. et alia:
Coniunctio Novembris Feria sexta in festo Galli hora 0. minuto 21
post occasum solis Et huius quidem coniunctionis status erit cum naturam
Martis et plurium eo quod in loco coniunctionis et angulo fortiore potens in[venitur]
niter. et ipse in domo Saturni demorerit. erit igitur hec coniunctio [illegible]
[illegible] et autumnalis. nisi Saturnus in piscibus retrocedens pluvias et nebulam pro
[illegible] sed cum Marte quadratus molestusque aerem turbidumque adducet.

Dies Eodem die nebulosus. pluviosusque erit pluet aut ad minus nebula decidet ex
eo quia locus coniunctionis humidum est cum humidus Die Lune ad ea nocte prima
pluet frigidabiturque aura gelidans. quia Sol [illegible] stelle de cum veneris et Mer:
curii in quarum coniunctione Luna deveniet in scorpione quod [illegible] prefiguratorem
pluviam designet durabilem nisi tunc frigore [illegible] et plus nebula humi:
[illegible]. postea generatur aura Die undecim millium virginum Luna iuxta Mar:
ti in Capricorno nebulans frigidus et aliis humiditatem pluviosamque disponet.
Quarta Lune crescentis feria sexta. die Severini hora 16. minuto 22. a Marte
enim gubernabitur cum participabit Saturnus gubernator loci eius et Lune. qui quo:
niam est in signo frigido disponet hanc quartam ad frigora [illegible] et ad
humiditatem minus ut pluvie frigide. Prior dies a dominica precedenti ventus
aer nubilus frigidus humidusque cum intercisa claritate. Die quadrature maior
frigiditas erit gelans. aliquibus mixtura hiemalis. tunc Solis in pectore et trini
veneris in Saturno. potest autem his auctoris. aliis post [illegible] dicam memoratum
feria quarta die Crispini. Jupiter Soli oppositus et Mercurius mutans signum ven:
tum movebit frigidum restringentem pluvias et clarescere permittentem solem tem:
perantem tandem nubes per plures dies nisi nocte vigilie Simonis Luna pluet
Oppositio Novembris Feria tertia in vigilia omnium sanctorum hora 16
minuto 20. quia locus principalis in hac preventione est de parte Martis. natura
aut aquosus etiam Mars in signo et latitudine meridiana et cum sua pluvio:
sa et Saturnina. Luna quoque in mansione humida per eundem Saturnum applicat
Ideo humida erit et frigida. cum natura huius temporis. nec prevalere poterit calor
Jupiter dus ascendentis est in signo frigido peregrinus et regressive debilitatus
Mercurius etiam in ascendente stationarius ventis inquietabit pluviamque mixta mini:
Dies et feria sexta usque in quartam instabilis aer ventosus cum nebulis plu:
via minosa abstrahebit. ex dicta statione Mercurii et Luna cum pleiadibus
vespere oriente Die omnium sanctorum Luna in mansione sicca et domo Mercu:
rii eidem opposita vento frigido affliget et inconstantiam firmabit et quievis
tandem dies transeant cum humidis tamen nebulis et aere grossiore:
Quarta Lune decrescentis feria quarta ante Martini hora 15. minuto 22. a Mar:
te etiam disponitur qui ut prius [illegible] et cum frigora permittet sicciora
[illegible] esse minus dendentes. eo quod Sol medius est stelle de cum Sat. et veneris

Dies Adur a feria tercia immediate precedente hanc quadraturam incipiet gelu
asperum ex sole iuxta stelle Saturni et veneris metum. Tunc luna in mansione sicca
quadrato Jovis radiante temperabit. Die aut quadrature eciam gelidus et nebula grossa
aliis aut intensius racione Mercurii coniuncti ad trinum Saturni in humido loco appli-
cantis et Saturni ad solem. Die Martini eciam gelu sed dies clarior temperabitur
Die Bricii grossior aura et ventus gelidus ex eo quod sol sagittarium ingreditur et
Luna in mansione humida veneri applicat. hec eciam posterum fuscum aque vespere
oriens testatur quod gelua afferet et nubes grossantes aerem vt ningentes.

Coniunctio decembris in crastino Bricii hora 10 minuto 50. Cuius
dominus Jupiter sit dus ex loco lunacionis quia in regressione et peregrino signo de-
bilitatus parum valere poterit potest suo. Venus aut et Saturnus dominis associati et an-
guli comparabuntur et magis disponent mensem racione aspectus quadrati quorum quia lo-
ca sunt humida gelua producent et nives in maiori parte dierum huius coniunctio-
nis

Dies .:. Eodem die intenditur gelu aliquibus cum vento rigido et minus nebulo-
sitate ex veneris quadrata Saturno. et ingressu eius in capricornum. A die domini-
ca et festo Elisabeth. Stacio Saturni in signo piscium nubila inducet et gelua aspera
ex ventis. Feria aut tercia vbi erit coniunctio lune ad solem et stacio Mercurii in
quarto parti maris desinebunt rc ventimerius et frigore horrido per dierum clementis respectu
Rae Martis aquarium ingredientis. aliquibus aut gelu destrahit nivosas nubes. Die
Catherine pulcra dies sed gelida. In crastino aut sol attingens stellam de natura Sat.
et veneris intendet gelua ex vento septentrionali racione latitudinis lune. Feria tercia post
Catherine luna per pleiades decurrens ad sextilem Saturni et trinum Martis admixtos
nubes suscitabit ningere volentes aliis autem habundanter ninget in frigore

Ad extremum brumalis licite qualitatem concludere

Ex introitu solis in Capud capricorni lunacionis opponali proxima hiemis status
deprehenditur. Quia cuius in principio Mercurius maioris posse invenitur est et ipse in
signo aqueo orientalis. venus aut dua anguli antecedentis. et Mars asscen. ... in
In introitu aut Saturnus dus loci solis et anguli ... ex ... porta appetens soli
ideo ad nimium hiems hiemis arcubiatur sed ad frigora sufficiencia ... sed humi-
dita ita vt non sicca nimis gelua prestat. sed erit frigus hiemale cum nubium
multitudine ingrossancium aerem humiditate nivosa racione occidentalitatis omnium planetarum
per totum tempus hiemis. vertes in plures menses. intendentur gelua circa desiteria

Oppositio Decembris que est precursio hiemis feria ~~sexta in vigilia~~ quinta in dit. Andree
hora 11 minuto 58. ex pluris prodictis frigida claritur et humiditati aeris brumalitate
iso quia locus Mercurii septentrionalis latitudinis humectatus est de natura Saturni
et locus veneris atque Martis meridionalis temperatus. frigescet quo suffecit.

291.

Dies Eodem die pluvius et Luna in mansione reputata portam soli ad Saturnum apperiens
rigorem aeris ex nubibus nivosis vento ... portendit et satis gelabit In crastino An-
dree sol clarescet sed gelidus erit incipiente vento gelante plenus in sequentes dies. Rone
quadrature Jovis cum Marte in hieme ad fervere solite et racione trini Marte cum Saturno .:.
Die Barbare et si gelidus in remissionem fiet et nebulositati. quia Luna in mansione
reputata applicat Joui de quarto et Marti de opposito quibus addet alteram Mercurius nivis signum
Die Nicolai Luna in signo frigido et trino Jovis in ... signo. gelabit sine aura.

Quarta lune respectus in vigilia conceptionis hora 11 minuto 0. a Mercurio gelide
disponetur. accidentis huius appetens porte solis super Saturnum per quartum sinistrum
igitur tota hec quarta gelida erit satis cum nubibus nivosis desinentibus et adum-
brantibus racione occidentalitate omnium. Feria sexta post Conceptionem ... et infrigi-
dabitur aer asperet. quia luna in signo aqueo Marti applicat venus eciam aquarium ingressa
est que augebit nives et quartus solis ad Saturnum gelidum continuabit ... .

Coniunctio Januarij feria quinta in crastino Lucie hora 22 minuto 12. hec
a Saturno disponetur qui est dominus loci eius. ipse in signo frigido et termino suo
ab vtroque Luna ad solem accedens portam ipsi appetat. quapropter gelida erit nimis. sed
nubilis partiter respectu quia orientalis. Mercurius aut latitudinis motus et venus
Jovi quadrata ventilare poterunt ... gelua minimum dissolvent aliqui.

Dies Eadem die et in crastino humiditas nubium umbrosa aliquibus ningens. ex loco
lunacionis de natura Jovis et Saturni Feria sexta proxima ventus suscitabitur depellens
nubes ex Mercurio et Luna mutantibus latitudinem. claritatis demum comparabitur
dies ex quadrato fortunarum et trino solis ad Jovem proximo. vsque in feria tercia
Et feria tercia ante Thome per plures dies Jupiter stans nubila inducet ex vento, et
exasperabit gelua. aliquibus ninget vtrumque racione lune appetentis Saturnus super solem
vtraque in signis frigidis et nivosis ... Sabbato in vigilia Natalis domini
ad noctem ninget et eadem die festo domini quia Luna inter Jovis veneri ... in
mansione humida Die Natalis domini Luna sub pleiadibus et Mercurio in quarto
Saturni Capud ingrediens gelua intendet et asperum ventum et nivem. frigus con-
tinuabit gelu. excrescentibus radiis in meridie racione ♀ et ♂ culminancium

Oppositio Januarij Sabbato post diem Thome hora 6. minuto 26. noctis
hec eclipsalis erit adumbrans totum corpus lune circa Caudam. hec muta-
cionem afferet resolucionem ventus racione Jovis et Mercurius. Quartum Jovis quidem ex loco
lune et Mercurius in angulis: et trino Jovi consideratis. Et quia in signis frigidis sunt
frigora non delebunt hiemalia. ymmo frigidiores humida que afferent asperitate affli-
git. Saturnus cum Arietem attingens nebulosum et grossum aerem inducet. frigo-
rib. asperius et si non in toto gelantibus extremum decembris concludet .:.

Iudiciu͞z Eclipsis lune fe͞b 21 9 Capri
Ano͞ domi͞ 1525 per
Mgr͞m Nicolau͞ Sa-
decium in studio
Cracovie͞n
editu͞z

hoc ano͞ 8 Julii [illegible]
[illegible] Collegii [illegible]
[illegible]
[illegible]
Ano͞ [illegible] 35 [illegible]
[illegible]

Reuerendis patribus sacre theologie Doctoribus probatissimis et venerabilibus liberalium artium atque phie Magistris eruditissimis studij generalis Crac. rectoribus Maioris collegij eiusdem studij Collegis, maioribus semper venerandis. Nicolaus Sadkowius astrorum scrutator Salutem et obsequium:

existit

Tam Ineffabilis et superfluentis bonitatis, Reuerendi patres, deus optimus maximus celorum creator et rector existit, vt nihil negasse creature homini suo, quod vel saluti eius non conduceret agendo, vel ad maiestatis diuine non exigeret cognitionem contemplando. Eum quia formauit dominus deus hominem de limo terre, quem denique ad imaginem suam creauit, spiritum diuinum ei inspirauit, per quem, dum aliarum rerum supra hominem creaturarum cognitionem concessit, et hec ipsa cognitione prima: bonum et malum discernere et ad bene beateque viuendum perduceretur, preterea ad ipsorum vsque astrorum notitiam, mirabilium operum suorum ~~[illegible]~~ agnitionem deduxit, vt tanto scrutatorem amatorem sui efficeret, tum nobilissimorum corporum admiratione, que non solum in distinguendam lucem a tenebris produxit, sed etiam vt mortalibus in signa sint et tempora, dies et annos, et reliqua hominibus patefecit, prout Diuinus ille Moses primi geneseos enarrauit. Prebuit tandem Creator illa signa celestia, et hec elementa quibus viuimus, nobis in signa euidentissima futurorum euentuum, quod Matheus euangelista Christum dixisse testatur, inducens eum loquentem ad turbas facto vespere (inquit) dicitis. Serenum erit rubicundum enim est celum. Et mane, hodie tempestas, rutilat enim triste celum, et ita fit. cum aperte saluator noster affirmat signa aeris futurarum alterationum esse prenuntia, et astra ipsa facta esse in signa Moses testatur. Cognitionem tamen illorum signorum dignam homini concessit ne tanto spiritu extolleretur et superbiret, quantum vero homini possibile foret et opportunum, tantum permisit naturali via et cognitionis ordine attingendum. quam superstitiosum sit igitur genus illud mortalium, quod pretermissis nature dotibus quibus aliqua futura prenoscere posset, spiritu quidem recto et a deo tributo, ad mendacissimorum cacodemonum et aniculariarum confugit. variis illusionibus se se implicans et ludibrio eorum se se exponens. Nos igitur eorum vesania abiecta ex celorum motibus et stellarum probatis viribus futura contingentia indicabimus, ex lunaribus potissimum et ex principijs omnis actionis celestium, quapropter nunc alterius eorum, lune vero: accidat nunc ea opportunitate que ad primas diametrorum accedens, ipsam lunam adumbrari cogit, radiosque et suos et inferiorum maxime potissimum, infeliciter promisit. de cuius igitur significationibus in rebus hiis inde inferioris venturis. vestre D. R. more artis et sodalitatis ptholomei doctrine in medium afferam, vestras intercedens et aliorum fatidicorum authorum sententiis. quo arteficiosius pronosticon reddatur pro obligatione officij mei. V.

FNH

195


De eclipsali oppositione Julij et eius initio medio atque fine

caput

In oppositione Lunari que accidet quarta die Julij anni labentis 1525 Luna circa draconis in duobus punctis sue diametri et medio adumbrabitur vique in hora vna et 50 minutis, se se ab vmbra separabit. Cuius quidem inumbrationis principium erit hora 1. Mto 51 horalogij ab occasu Solis horas recte prominantis ita vt hore ille et nox ipsa fere quarte asscribantur, solet namque vulgus ab initio horalogij incipientis horas diem noctis et noctem pro ut et certa officia suarum ordinum et iciuniorum hoc ordine colloraunt. Medium autem pariter memorate lune adumbrationis erit hora 2 Mto 51. vbi iam operans ex vmbra sensim in lucem redibit suam. atque finiet tenebras hora 3 Mto 26 A principio itaque obseruationis tepte vsque in eius totum transibit 1 h 26 M. Horum autem temporum, themata celestium signorum et planetarum hoc conspice situ:

Tempus eclipsis

Duratio eclipsis



Distantia ☽ ab ascendente ♄ 2 ♏ 30 — Distantia ☽ ♄ 3 ♏ 58 — Distantia ☽ ♄ 5 ♏ 14

Quia autem quatuor in eclipsium predictionibus (teste ptolomeo et doctore in secundo libri quadripartiti) sunt obseruanda. tempora videlicet quo tempore veniet et quanto durabit significatio. Loca quibus euentus ipsi portenduntur. Genus rerum quod habet recipere ipsos actus. et vltimo qualitatem quam res ipse suscipient. bona ne scilicet vel mala sit futura. hec omnium indicio applantur nec restant plura apud alios authores querenda. De hijs igitur ordine debito dicendum erit :—

De tempore euentuum signatorum et duratione eorum

Ptolomeus sic iubet apprehendere horam significationis. hoc est horam inceptionis effectuum signatorum per stellas durantes hora eclipsis. Postque sciemus ciuitates in quibus accidet eclipsis. conuenit vt sciamus ascendens eclipsium cuilibet ciuitati iuxta latitudinem suam, post hoc inspiciemus quot horis equalibus sine diuersis durat obseruatas eclipsis in qualibet habitatione. Cum autem sciuerimus hoc sciemus quot annis eclipsis: si fuerit Solaris, durabit tot annis. quot fuerint hore equales obscuritatis, et si Lunaris, tot durabit mensibus, quot fuerint ipse hore:—

Cognitio durationis effectuum ☽ et ☉

Et principium harum rerum potest sciri a comparatione loci eclipsis ad angulos. quoniam
cum 2m hali accidens eclipsis elongatum sit quibus est una horarum que sunt elongate
ab ascendente. et hec sunt hore temporales. Ad propositum igitur quia eclipsis hec
lune durabit 1 h. et 26 min. propterea et effectus eius uno mense correspondente uni
hore. et 21 diebus correspondentibus 26 min. perseverabit. Deinde quoniam luna in
principio eclipsationis ab horizonte duabus et media horis distabit ideirco post duos
et medium menses significata sua manifestare. quod erit a 18 die septembris
incipiet. In hora autem plene eclipsationis quia luna elongabitur ab ascendente tribus horis
temporalibus et 58 min. fere. ideo in fine ipsius mensis fere ab hora eclipsationis
inchoati medium suorum effectuum complebit. quod erit 30 die octobris. Residuum vero suorum
effectuum et debiliorum quidem usque in decimum decembris diem protrahet. in quintum
scilicet mensem et 11 dies ab hora eclipsationis eo quod illis 5 horis et 14 min. elongabitur
ab ascendente figure celestis et umbra. hec igitur parte effectus defluent.

De locis et regionibus in quibus significationes eveniet

Oportet etiam singulariter exprimere in quibus locis accidentia significata contingent. hec autem iuxta documentum ptol. 2. quadrip. ca. 5. hoc modo sciuntur
Convenit primum ut inspiciamus in coniunctionibus et oppositionibus eclipsalibus que fiunt
de sole et luna in quo loco zodiaci signorum sunt. et cui quarte triplicitatis signum illud
fuerit. Deinde que regiones subiaceant illi triplicitati. que etiam regiones urbes
opida villeque subduntur signo eclipsico per fundationis horoscoporum. per loca
luminarium ipsa hora. et per locum medii celi nativitatis domini qui erat tunc temporis
Nam quibus in regionibus sive urbibus convenientiam eiusmodi invenerimus. his
significationes eventum contingere necesse erit. maxime his que in eclipsico signo rationem habuerint. cuius vero eclipsis que supra terram facta apparuerit. Cum
igitur signum oppositionis eclipsis lunaris. Capricornus sit. signum triplicitatis terree. que
iuxta ptol. 2o quadrip. ca. 3. cum Tauro virgine et capricorno nectitur. cuique
partem terre habitabilis que est inter meridiem et orientem positum respicit generaliter
dispositionem gubernet, iusto ordine in illa parte terre que est quadrans sub eius dominio
effectus signati per hanc eclipsim reperientur. Initium autem huius quadrantis secundum
dimissionem ptol. et hali. incipit a linea equedistante equatori. 36 gradibus in latitudinem, et altera linea hanc intersecante. que est longitudinis 55 g. a gaditanis herculis elongata. Ita ut angulus intersectionis in mari Cypro inveniatur
Continens has regiones Syriam. assyriam. parthiam Ariam. paropamisadas
et Seres populos in orientem usque. Arabiam etiam Sabam. et maris rubri vicina
meridiem versus. Totam denique Indiam intra et extra Gangem ad finem usque
magnum. In his ideirco regionibus principaliter effectus signati apparebunt. Et quod
2m ptol. usu sepe anguli eiusdem quadrantis propter propinquitatem habent concordantiam

tiam in quadrante sibi opposito ideo Achaia Tessalia Macedonia Illiria Grecia
aliaque loca que in ripis maris Constantinopolitani sunt. sensibiliter effectus experientur
Regiones vero et civitates nobis propinquiores que singulari apparatione subesse
Capricorno dicuntur sunt Lithuania et eius metropolis Vilna. Berlinum in Slesia
Romandiola. forliviumque Mutine. ferraria Italie urbes. Et quecumque Capri signo
et sui cuius subduntur significationes, memorate eclipsis, experientur, Post has
autem, regiones et urbes que diametraliter opposito signo Cancro scilicet subiecte sunt effectus
minus hi sentient. ut Babilonia armenia, assiria. francia Burgundia. prussia
et almania bassa regiones. Venetie autem Bidanum. et Mediolanum urbes. Ceterum
propter Saturni precipui gubernatoris loci eclipsati. in Ariete quadrato ad locum eclipsicum
Britannia Anglia Scotia Iudea. persia Gallia cisalpina. Germania. polonia
minor in sua urbe precipua Crac. et item propter Martem in altero signo quadrato
gulari ad Capricornum Iudea Ethiopia Austria. Norembergha. et alsa communabunt
effectus huius eclipsis. Sperandum quoque omnes homines qui tercium faciem Capricorni scilicet
Arietis ac terciam Libre in ascendente aut locis illorum hora nativitatis vel revolutionis
annis habuerint. hii sentient eventus eclipsis memorate magis et minus.

In quo genere rerum accidentia signata in hac eclipsi contingent

Inquit ptol. ca. 11. quadrip. et 96 verbo Centiloquii. In quo genere rerum illud
contingit. sciri possumus per qualitates et imagines pertinentes ad signa in quibus
sunt loca eclipsium et in quibus sunt partes gubernantes signum in quo est eclipsis
et signum anguli qui est ante eclipsim. Quia igitur accidit hec oppositio lunaris
eclipsata in signo solsticiali et significatores incidunt in signis equinoctialibus. ideo
significatio sua erit in statibus aeris in propriis temporibus signorum significatorum
hiemis scilicet potissimum circa Capricornum et veris circa Arietis loci Saturni. Quoniam
quia in signo solsticiali. accident mutationes in moribus civium. illarum regionum et
urbium super expressarum. Et quia significatores videntur in signis equinoctialibus accidunt ea que deinant in sanctuariis et in serviciis dei. Item quia signum eclipsis
est signum brutalis figure et significator eius saturnus in signo etiam bruti domestici
quadrupedis scilicet in Ariete a parte orientis sextili quadruplo. venit ideirco tota significatio
et principaliter in armentis moribus. Arietibus scilicet capris ovibus leporibus et aliis
minutis aliis cum expressis convenientiam habentibus. quorum species hoibus est proxima
Stelle autem fixe et imagines que proxime esse loci principalibus figure huius eclipsis
non inveniuntur. propter imaginem Aquile in eodem circulo positam cum luna etiam
que usque et in volatilibus. astorem falconem et omnis fugacium alias aves. accidentia
signata addidit Et quia Capricornus etiam habet participationem cum animalibus maris. ideo etiam accidens erit in marinis beluis. et navigiis, hec
sunt genera rerum in quibus significationes eclipsis et planetarum in ea dominantium. venture portenduntur in regionibus concordantibus cum loco signis

In quanta parte terre nominatarum significationes venture sunt

Quantitatem (inquit Ptol.) partis terre in quibus contingit accidens intelligimus a quantitate obscuritatis eclipsis et a comparatione planetarum significatorum cum ad locum eclipsis. Quia igitur minor portio lune quam tertia sui diametri eclipsata est, vix tertia pars terre depressionem accidentis suscipiet, fortificabitur tamen accidens eo quod gubernatores fortes existunt. Saturnus quidem per horoscopum, Mars vero per equalem aspectum quadrati ad locum eclipticum. Tertiam igitur partem terre afficiet accidens.

[left margin:] ...ta ps terrum ... suscipiet ... cerdens

Qualia, bona scilicet an mala accidentia promittant gubernantes stelle

Ideo premisi locum et tempora, ne malicia accidentis signati omnes nos passim terreret. Cognitis enim locis a nobis remotis minuitur timor in legentibus, his que designant gubernatores mali, qui nisi parva quantitas vigorem diminueret, magna et incredenda multa rebus sunt repressissent indubitanter, quarum utramque partem afferent. Qualitas igitur accidentis iuxta Ptol. et reliquos astrologos sciri potest a natura planetarum gubernantium, eorum commixtione unius cum alio et a locis in quibus sunt. Cum itaque eclipsis hec in 20 capricorni gradu accidat, ubi Saturnus ratione dominii principalem obtinet gubernationem, merito ipse principalis significator esse censetur, cum plus dominii proprie sit et etiam validiore, accedit ad hec quod optinet Saturnus anguli precedentis (qui antiquis finis anime, observatus est). Etiam gubernator invenitur cuius nemo signum regionis observatus est). Etiam gubernator invenitur, qui in medio et fine eclipsis decima sive anguli precedentis occupabat. Situs denique Saturni in ascendente in quo triplicitate et loco pollet, et plures signi eclipsis quarte recadat, confirmat eius primam potentiam. Sed non minoris vigoris Martem comperio, qui cum in loco eclipsis equaliter tertino triplicitateque gaudet et mutuo vicem Saturnum respiciat eiusdem in angulo decime qui precedit et non minoribus in ascendente qui angulus sequens est prevaleat. Equalique aspectu quadrato luna eclipsata comprimens et angulo septimo. Ex horum itaque infortunatorum dominio vires solis et lune a viribus geminis in malam significationem alterabuntur, fortunati autem planete malorum moderare non poterunt, cum nec potestatibus pollentes nec aspectu proximo liberant, confirmabit tamen mala ventura, nam Jupiter trinus et Venus opposito radiis signum Capricorni illustrant. Ex his igitur gubernatoribus accidentia in singulis rebus hoc modo designantur futura. Et primo in elementis.

[left margin:] ...litas aeris in ... futur · ...nificatores morte ... ort · ... Martis · ... exponens ... malorum

De qualitate aeris et aliorum elementorum statu

Quia in hac eclipsi Luminaria opposita sunt in signis solsticialibus et gubernatores eius stant in signis equinoctiis, ideo teste Ptolomeo significatio sua erit generaliter in statibus aeris, in estate potissime et autumno, in hieme autem et vere non, quia extra tempus effectum cadunt. Quia igitur in hac eclipsi contingit esse victus infortunarum que sunt contrarie et natura et signis in quibus sunt, ideo necesse est et qualitatem aeris futuram mixtam fore. Quia igitur locus eclipsationis lune est signum terreum, Saturnus eius gubernator ipsius et natura propria frigidus et siccus, ipse tamen in prima statione eius (iuxta Ptolomeum) a qualitate activa frigiditatis scilicet ad caliditatem mutatur et restringitur. Signum enim Arietis scilicet natura est igneum, Mars autem equi fortis, dispositor et loci eius et eclipsis, in signo aereo scilicet detrimento suo dicitur et in utraque qualitate sua caliditate scilicet et siccitate temperabitur, ita ut ex utriusque commixtione siccitas prevalebit in aere et terra cum temperato calore. Itaque finis estatis et totus autumnus vapores sicros et plurium frigiditas generabit, et quibus ventorum concussionem cunctorum plantas et frangentium segetes atque vites gravabit sepius. Maria et flumina scindentur, pluvie paucis erunt, prohibente siccitate multa evaporationum humidam, que si aliquo suerint subito impetuosi cum tonitruo et regione ventisque fortiter stagitantibus aera ercebunt. Erit insuper aer estatis et autumni ut plurimum malis suis venientibus, lugubribus spissus, obscurus, nubium grandinum nebularum insalubrium animalibus et terre nascentibus. Item intemperies ventorum et tempestatum vindemiam et collectionem frumentorum et agris prepediens et corrumpens, qua tristitia et defectus victualium sequi poterit, sterilitas quoque eorum sementorum que pro hieme terre inmittentur.

[right margin:] Qualitas aeris · Qualitas estatis et autum

De genere morborum futurorum in hominibus et brutis atque pestilentia

Theobaldus medicus et in arte astrorum peritus in suis exposicionibus sic inquit: Quando Saturnus fuerit in suo casu et habuerit aspectum quemcumque suis malicie ad luminaria et Mars fuerit in malo statu et aspectu ad ipsum et luminaria, per talem influxum infectionem pestis efferunt. Durat fuerint diu cum conte necessis et alterius tempus. Et Hermes inquit: Saturnus in exaltatione solis male affectus nocebit gregibus et vaccis, omnibus messibus et arboribus. Mars autem in exaltatione Saturni nocebit omnibus seminibus. Cum itaque omnia hec in hac eclipsi adamussim conspiciantur, imprimis in aetibus sunt climatis veniet infectio pestilentialis ex melancolico potissime humore exorta per tussis commotiones, ulcerationes et intensissimos dolores. In hominibus tandem tum ex usu horum aliorum tum et aeris insalubritate varia morborum genera apparientur, in illis potissime qui ascendentia et luminaria hora nativitatis et revolutionis circa 20 gradum Capri et Libre quibus quoque Arietis habuerunt. Apostemata scilicet cholerica et melancolica, fluxus catarrosos, sanguinis vomitus, ethicam phtisim, febres tertianas et quartanas, pestilentiales, capitis intensissimos dolores, inflationes, maniam, letargiam, perturbationes sensuum, natium ulcera, genuum inflationes et contractiones nervorum et spasmos. Que quidem genera morborum ut in pluribus mors sequetur festina, et in etate senili et iuvenili ratione Saturni in ascendente et Martis in opposito sive 7 et ut supra dicimus sententia explicatum fuerit. Non erit ideo tempus autem senum ab climatis malis, que precium pestis merito possessit.

[right margin:] Significatione ... et ord · Infectio ... · Morbi hom... · Etas · Autumn pesti...

Huius pesti ... et alibi.

De guerris et bellis ex hac eclipsi designatis per infortunas

Albumasar tract. secundo ca. ultimo testatur solam coniunctionem Saturni ad signa cardinalia sine aspectu Jovis permutacionem plurima in hiis inferioribus efficere. Unde ingressus Saturni 11 die Aprilis anni currentis, ascendente 18 g. libre pro horoscopo,

Ingressus ♄ in ♈ Caput arietis in signum equinoctii et vite animancium. Martis tunc libram tenente nisi veneris et Jovis presencia in eodem signo in benignitatem natura alteratum fuisset magnam et sensibilem adduxisset mutacionem. Quia utrumque sensim adducere conatur et conabitur quidem amplius nisi desertatus radiis fortunarum. Ipse namque in ascendente stacionarius stetit prima que est ad retrogradacionem in opposito Martis et quo

Luminarium authore albu. in libro magnarum con. motum bellorum ex parte orientis

Marte ex ♄ adversus occidentales regiones suscitabit. Verum quia utraque infortunia, in mesu et detrimento debilitatur, prolongabitur enim lis et guerra. Et utraque opprimetur in sua gente malum, propter quod mutuis malis affligentur nec apparebit victoria unius gentis super alteram. Capti/nabuntur et terram invadent, ita ut non bellare qui non effunderent sanguinem, sed tumultum agere videbuntur. Illi tamen qui Saturno subiecti

Saturnum sortiebat sunt, debiliores in resistendo erunt, quia Mars in exaltacione Saturni cum albu. interfectorem et destructorem omnium illius climatis cuius ille pro tunc significator est portendit. Et ut celestia ista signa presentibus negociis applicentur, quantum id apte fieri potest, hic tumultus rusticorum germanie post hanc eclipsim, lugubrem profecto tragediam

rusticorum germanie faciet. Dum enim Saturnum sunt per naturam et conditionem suam, in eamque tragediam fecerunt, nunc egressi decem Saturnus in arietem ingressus est. Unde in hac figura eclipsis retrocedens, vim eorum labefactabit, a guerra tamen cepta desistere non permittet, ex stacione firmante malum, donec res abeat in malam partem. Con-

Magna strages horum rusticorum facta est pro nobilis utrumque intelligendum laborabit: tinuabitur igitur propositum suum, sed in eo non prosperabuntur. Hec namque retrogradacio Saturni impeditus discordie et desidie eam efficit. Dumque Mars in oppositione Saturni impeditus, de salute domini ex parte subditos eis adversari conabitur et terrore perculsos tribulabit, dominantes pro parte subditos eis adversari conabitur et terrore perculsos dissipabit nisi etiam Jovis qui nobiles eorum adversarios designat, regressio debilitaret et impediret potenciam adversariorum, solaque rei male plerique se si commiserit aliquem interiret. Sed contra fortitudo Saturni in Ariete signo germanie oppositus Marti platice, rebellionem totam rusticorum reconvalescere faciet, tumultuarique bellis seditionibus discordiisque eos non desistet, donec aut miseria eos affligat tanta, quantam sustinere amplius non valebunt, aut viribus bellicis opprimantur. Sed porrecta mansuetudo eos alliceret in tranquillitatem et pacificam contra adversitas in eos bellancium. Utrumque tamen effusio sanguinis sequeretur non modica propter ~~eorum~~ significatorum utrorum oppositam radiacionem, et receptionem mutuam pro dignitates essenciales, que utriusque maliciam fortificat et nihil durare facit.

De diversis statibus cuique planete respondentibus Et primo de statu Solarium

Quia ut inquit Leopoldus et Messahalach, qualis est significator cuiuslibet in figura eclipsis et coniunctionis alicuius, talis erit et status rei cuius fuerit ille significator et domus eius ex duodecim domibus figure. Cum itaque in figura huius eclipsis Sol qui signat Reges et cetera in domo quinta et signo peregrino utriusque infortunii quadrato affirmatur radio Martis potissimum graduali, et etiam opposito Lune eclipsate in undecima, quarum utraque fiducia est et auxiliatorum, ideo Reges princi- Reges et principes

pes et omnes universaliter Solares in filiis et amicis auxiliatoribusque consiliariis et suis sencient magna gravamina tum propter contenciones fortes tum propter bellorum incommoda, ipsimet etiam reges eos opprimant diversis et magnis exactionibus.

Et ut descendam ad principis nostri serenissimi Regis Sigismundi fata natalia, qui Regis Sigismundi fata in genesi sua Solem in 20 g. et 48 minuto Capricorni habuit, a quo nunc luna eclipsata nec uno quidem desistat gradu perfecto. Preterea potestati sue Maiestatis a Lunaribus et Marcialibus contradictio terrebit, et quia in radice nativitatis eadem gradus in respectu domus quarte constitutus fuerat, in rebus et bonis immobilibus et plebibus regni inferioribus perpetrabit incommoda et incursiones hostiles, minatur namque Mars in illis discrimina futura, quibus deo authore diligens providencia providere poterit.

De statu vulgi et omnibus Lune dominio subiectis

Communis populus et universitas vulgi, et omnes qui ex genitura sua Lunam aliunde ascendentis et locum principalem habent, propter Lunam sic ut prefatum est fuerat in undecima eclipsatam in quadrato Martis ex septima prosperitate Fata vulgi ab auxiliatoribus suis et amicis quibus confidunt deserentur, et vice auxiliorum inimicias eorum recipient et adversitates, afferent item ab eis contencionibus et illaqueabuntur exactionibus iniustis sub specie propellendorum bellorum institutis. Non evadent aut incursiones hostiles et tumultum bellorum, ubi et depredaciones bonorum et rapinaciones abductionesque pecorum et armentorum illis accident.

Et quia signum Lune terreum est, in agris igitur sterilitatem agnoscent, ita ut nec Sterilitas agrorum tempus illis favebit in collectione estivalium, nec fertilitas in sementis hiemalibus laboribus respondebit eorum. Siccitate namque frigidante elementum terre, perpeditur debita generacio sementorum. Preterea Saturni stantis ad regressionem in signo vite animancium et domo ascendentis que est corporis presencia, pestilen- pestilencia in vere lerg. ciales infectiones in variis partibus mundi, potissimum circa Aprilem, iam iam pestilenciam adducet, nec tamen subito reconvalescet et magnam multitudinem inficiet, nam Jovis recepte et tunc Veneris viciniditatis mitigatus est in malicia sua, et regressionis sua debilitatis per totum tempus effectuum huius eclipsis ferrere nequaque poterit.

De statu nobilium qui sunt infra regem qui scilicet a Iove designantur

Iupiter qui signat nobiles cum virtutem et naturam qua in meliori statu in figura huius eclipsis inventus est pluribusque significatoribus ideo nihil adversi portendit suis. Dat namque vim sua Veneri per platicam exaltationis et sextilis radiationis et hoc ipso statum mansuetum tranquillum et legalem suis addunt. Hoc solum malum sed tollerabilius ceteris malis compromittens, quia vero peregrinus in signo invenitur, plus in sexta, plus in prima locatus maiorem opinionem divinam preferens quam fulcit et ubi ad regressum ipse effectum eclipsis venit status suorum labefactabit et spatio feriet. Et quia Iupiter ipse a Saturno et a quarto Martis recondatus est in sexta propter ipsius eclipsis ultra omnem metam Ianualis ecclesiastici (quia dux est Nove) a potentibus tum spiritualibus et religiosorum gubernantibus tum a Mercurialibus vilibus tum gravibus ratiocinationibus damnabitur et comprimentur, debilitas tum infortunium eos in ipso fallet.

De statu bellatorum et eorum quos furiosus Mars gubernat:

Milites auxiliarii regum stipendarii ductores exercituum depressum cognoscunt statum. Cum enim Luna eclipsata est in signo exaltationis suae, et aspiciatur per eum quarto radio sextile perfecto iuxta albumasar interfectionem gentis illius planete et interfectionem portendit. Et quoniam Mars in detrimento suo septima occupat que est regionum terrenorum et inimicorum apertarum, idcirco hii bella suscitabit, dissensiones lites in magno tumultu agitabit ferociter, in gravem oppressionem vulgi et rerum virtualium. Iniusta quoque agent bella cum planete sui debilis, timidi quoque contemptosi et negligentes in rerum regionis reddentur, ita ut metu bella effugiunt, et suo malo se se gravient mutuoque afferent et ita nihil Martis dignum conficient.

De religiosis fidei, et quos Saturnus tristis et severus optinet:

Religiosi omnes et potissime quicumque ad hoc instituti sunt ut sacrificia deo offerant divina mente et omni saluti intendant sive perfecti sive subiecti, contra condicionem molestam experientur. Quandoquidem Saturnus eorum dispositor pollenter malum sortitus est dispositum. In ascendente namque in suo casu stat ad regressionem in imagine feritatis inflammati ubi est sive in eodem circulo ortu faciens. Et hoc ipso suo statu valetudinaria per corpora morbida gravissimisque egritudinibus vexanda portendit. Ceterum religiosorum suorum abiectionem magnam et inhonorantiam cum casus sui promittit. Et nisi Mars opposito radio in latus convenisset una in Luna contra magnas attulisset insidias, quibus non modo in rebus sed etiam in vita nocuisset saturninis, potissime cum Saturnus egrediens ipse effectum eclipsis tardus negligentes pusillanimes et timides ad resistendum adversariis designat futuros sibique subiectos, quinimmo inter se dissidentes odiisque mutuis se se persequentes, ut etiam si qui repugnantes insidiantibus voluerit per odio illorum nihil proficient.

De statu mulierum et eorum qui Veneri dicati sunt

Mulieres omnes viri molles effeminatique moribus et artificiis non malam habent significationem sui status propter Venerem angulo quarto insidentem potestatibusque essentialibus bene fultam, et sextili Iovis radio melioratam. Neque item radiis infortunarum affecta est preterquam remotis, quia tum cuiusmodi radii et quidem minimi quam quadrati ipsam incidant, plurimabit cum mala aliis statibus per Saturnum et Martem designata. Et specialiter in rebus mobilibus damna percipient, atque que tum pregnantes fuerint pericula partus perciaucant pocius sine quia domum triplicitatis signi eclipsalis scilicet Capricornum damnati sunt et infortuniis loco et malicia radiorum, qui iuxta albumasar in libro magnarum coniunctionum dicit sed damnati fuerit sive in coniunctione planetarum sive luminarium, abortus et mortes puerorum natorum tunc significabunt donec tempus effectum eius ut eclipsis est legerit. Sed hoc malum non modo in hominum genere sed in quovis animante. Huic potissime concordantia nam Capricorni signo, ex hac eclipsi futurum esse portenditur.

De statu puerorum Mercatorum et litterarum studiosis Mercurioque subditis

Astronomi Mathematici ceterique reliquarum studiosi, oratores secretarii regum adolescentes pueri Mercatores et ceteri ingenio industrie laborantes, propter Mercurium in hac eclipsi liberum a radiis malorum et luminarium nihil molestum perpetiet. Nam et ipse in se ab impedimentis consuetis alienus est, exiens de sub radiis solis in longinquum. Quia tamen in solitam decidit et brevi stationarius ad regressionem reditum parat, paulisper statum suorum deiciet, pauperiusque reddet et morbis chronicis plures affliget, quorum pauci mortem obibunt, plures namque salvi evadent.

De regnis autem provinciis urbibusque nobis attinentibus propinquitate vicinitatis et subiectionis supplemento videbatur utique hic commemorare nam sat habunde dum loca futurorum effectuum superstitiones enumerantur, et ipsa expressissimus apertissime alibi ergo exerceat qui voluerit et mihi non impressa sunt in memoria: —

hec sunt que constituunt celestium astrorum
hora eclipsis lune in Capricorno de
signatque in genere rerum suum
expresso in locisque tripli
citatis terre et per
lucidior in Cap:
ricorno con
cordat
ubique
:

M
A

Iudicium Astrologicum super oppōne eclipsa-
li Lune in Cancro et super reuolucione
anni astronomici post natum
Christum m̄di saluatorem
1 5 2 1
In studio ge-
nerali Cracouien̄
per Magistrum Nicola-
um Shadkouianum ad honorē
dei, vtilitatem mortaliū, et famam
huius celebris studij fideli dili-
gentia conscriptum.

Prologuucio

Ex philosophia Arestotelica compertum habetur, celos, luminaria et omnia astra cau-
sas esse primariam omnium generationum, corruptionum et quarumcumque alterationum in
elementis, et ipsis elementatis. quod uti probatum sensu et ratione. ptolomeus ca. 2 primi
quadripartiti repetit dicens. A substantia celesti virtus descendit ad omnia que sunt sup-
ra terram. movens et mutans ea: et res omnes que sunt in eis. de vegetabilibus et ani-
malibus. quod cum ita sit. si quis omnium stellarum et Solis Luneque motus notitiam ha-
buerit. suarumque etiam naturarum quas per maiorum experimenta temporum didicerit: non
oblivisceretur. quid eum prohibere poterit quin ita semper agnoscat futuras aeris muta-
tiones ut eum nunc calidiorem nunc humidiorem fore predicet. et per aeris qualitates
omnium hominum naturarum qualitates deprehendat. quoniam materia in qua hec scientia versatur
nunquam in eodem statu perseveret. et ideo perfectam istius scientie cognitionem graviter quis
attingit. et error quo errant aliqui in hac scientia non est ex artis debilitate sed
eius ex gravitate atque rerum ipsarum propter materiam instabilitate. Omnes igitur illi
qui cam vim celestium et iterum huius mundi assiduam instabilitatem ex doctrinis phi-
losophis norunt. hii sagaciter astrorum effectus et eorum predictiones accipiunt. et modo
paulo ante modo paulo post tempus designatum. et iterum que hiis vel aliis aeris af-
fectionibus iam naturam suam magis apte sunt. debite atque ut varietas exegerit. accomo-
dant futura. Qui vero ferme ut cetera bruta sensu aguntur. astrorum pronostica, etiam
orandis phebis tenora, ferenda expetunt. et que nisi etiam in limine suo accidere vi-
derint. insulse prophanant et ipsimet videndi recederet. rati hominis ingenium debere
absque errore archana celestia capere. qui ipsi etiam plerius illa que vident, tangunt
et audiunt: tamen nimis recte discernunt. quid mirum igitur dum ipsi in hiis sensibilibus
vacillant ut in astris plura per artem ignorari contingat. Nec tamen ob ista cognitio et
investigatio illarum celestium causarum tametsi nobis ardua obmittenda est minime.
perinde atque nec medicina nec philosophia ut etiam legumscientia ob errata in eis plu-
ries occurrentia explodenda videntur. neque etiam propter inertiam eudium: sapientem no
sapere: et sagacibus, quoniam cuncta agenda non designare idoneum erit. quandoquidem non
soli homini verum et angelis dei spiritibus errasse semel accideat. error autem non scientia
sed ignorantiam accusat. Elaborandum est ideirco ut quanto possibilius fieri possit non
accidat error. qui si accidit. ut homini genuinus. plande ferendus est. artis itaque a-
strologie ope in nomine conditoris astrorum et opificis mirifici illorum futuras celesti-
um designationes pandere mortalibus non verebor ut ex illis cuncti quidem et qua-
si enigmatice precaveis et enunciatis. prudenter atque industrie malis occurrere. bonis
autem affectuose et ardenter herere omnes et singuli valeant et attendant oportet.
Jacula namque previsa minus feriunt. et bona agnita cumulatius accedunt mortalibus.

Celum ca. pri… / omnis motus …

Ex astris cogn… / possunt mutat…

Materia e causa … / nec prostrin…

Qui recte acc… / alterationes cel…

Ignari quod … / in actibus … / … / …


Ob errore … / est …

Et angelis … / acciderat

… utilitas …

Tempus eclipsis lune et eius significationes imprimis designare

Quia secundum Ptolomeum 2° quadripartiti generalia sunt maioris virtutis et vincunt particularia eclipses autem luminarium generales, immo primarie sunt cause accidentium generalium. Revolutiones autem anni et quartarum eius illis subordinate et ab eis ut particulariores comprehense. Quapropter ordo requirit ut talia prius dicantur ante revolutionem anni. Quoniam igitur anno transacto in oppositione Januarij sub sexto gradu Cancri lune totaliter eclipsatam effectus a medio Aprilis exoriturus sit, in medio autem Maij intensi in extremum dicam usualem Junij protendentur. De his ideirco ut generalibus imprimis dicere ordo deposcit. Decimaoctava itaque die Decembris Luna motu suo in latitudine meridiana circa caudam draconis diametraliter applicans Soli umbram terre profunde subierat. Cuius in umbram ingressus principium deprehensum est h. 5 m. 13. Medium autem totius incumbrationis h. 1 m. 1. Finis vero et totalis exitus de umbra h. 8 m. 49 apparuerat. Itaque a primo contactu umbre in exitum totalem transierunt hore 3 m. 36. Et quia totalis et cum mora extiterat eclipsis, morabatur Luna in plena obscuratione sui una hora et m. 3 antequam extrema umbre periferiam contigit et lucem reassumere cepit. Horum autem temporum themata signorum celestium et planetarum situm atque radiationes ad luminaria et ad se in hoc ressunt typo:



Distantia ☽ ab ascen. h 3 m 52 — Distantia ☽ h 5 m 15 — Distantia ☽ h 6 m 31

Tota duratio a principio in finem h 3 m 36. Mora autem h 1 m 3

Inspectis itaque thematibus celestibus signis luminarium angulis figure et precipue luminari eclipsato proximis, quinque planetarum erraticorum situ, statu, aspectu et ad se et ad ipsa luminaria, statione etiam directione et retrogradatione, orientalitate et occidentalitate ad Solem et Lunam et dextera eorum et quibuscumque eorum proprietatibus trutinatis. Ut docet Ptolomeus 2° quadripartiti, quatuor per ordinem in predicendis eventibus sunt a nobis observanda. Predicere namque volentes accidentia illa primum restat dicere locum in quo accident. Secundo tempus quo evenient et que eius spacij quantitas est per sciendam. Tercio genus rerum in quo apparebunt et ultimo qualitas accidentium dicenda.

Quadrantem terre habitabilis et regiones accidentium eclipsis premittere

Quia iuxta Ptolomeum primum quod narrandum est in pronosticatione accidentium ex aliqua eclipsi est locus in quo ipsa contingant accidentia. Ideo ordo exposcit ut de hoc ipso primum dicamus. Scire autem id possumus si inspexerimus in coniunctionibus et oppositionibus Solis cum Luna eclipsabilibus in illis scilicet que visui apparent super terram, in quo loco zodiaci facte fuerint. Quo reperto regiones que illius signi triplicitati assimilantur per fixas et discurrentes provincias civitates villas et cetera loca que in signo eclipsis assimilantur sive per ascendens hore edificationis earum sive per locum luminarium in illa hora eidem signo appropinquamus. Et quecumque maiorem habuerint concordantiam in signo et gradu eclipsis, illa magis recipient actiones eclipsis. Cum itaque signum facte eclipsis lune sit Cancer signum de triplicitate aquea, que iuxta Ptolomeum et omnes astrologos ex Cancro Scorpione et Piscibus conflatur, et que eam partem terre habitabilis sive ut dicunt quadrantem terre inter occidentis et meridiei puncta interceptum respicit, eiusque qualitate disponit, merito illic accidentia sua patefaciet. Incipit autem huius quadrantis iuxta Ptolomeum et omnes cosmographos incepit a Gadibus Herculis in linea equidistante equatori versus septentrionem 36 g. et finis eiusdem in frontispicio Asie minoris ubi linea longitudinis 55 gradu reseratur. Continet autem per maris mediterranei latus meridionale et insulas circa illud quas precipue sunt Mosia Sicilia Candia et Sardinia. Deinde continet Aphricam et eius regiones Mauritaniam Aphricam minorem Libiam Marmaricam Cirenaicam et alias fere ad Nili alveum protensas. In his itaque regionibus primarie accidentia huius eclipsis apparebunt. Sed quia secundum Ptolomeum angulus oppositus quadrantis propter continuitatem sui habet concordantiam cum altero sibi opposito quadrante, ideirco Asia Minor circa quam incidit proximitas etiam notabiliter accidentia percipiet. Regiones autem et civitates in nostris oris que testimonio presenti et comprobante experientie sentient effectum Cancro subiecte sunt hec: Burgundia, Almania bassa, Prussia et cum aliquibus Francia, Constantinopolis, Venecia, Verona, Mediolanum, Granata Hispanie et Gedanum. Speratum quoque et particulatim omnes civitates ville castra domus homines qui primam faciem Cancri et gradus propinquos sexto gradui in ascendente sui principij aut locis luminarium habebant vel adminus in revolutione anni prima et illegorum loca ibi et propter locaverint illi indubie effectus huius eclipsis cum magis et minus suscipient.

Tempora incepcionis et durationis effectuum eclipsis definire

Inquit Ptolomeus 2° quadripartiti ca. vi. Secundam speciem pronosticationis per quam tempus significationum et quantitas spacij durationis cognoscitur hoc modo deprehendimus. Postquam calculo comperierimus in aliqua regione vel civitate apparituram eclipsim Solis vel Lune, horam et minutum eius recte scribimus. Hac est equante invenimus cui ascendens et alios angulos cum altitudinem poli illius loci formabimus

Post hec inspiciemus quot horis equalibus sive diurnis in unaquaque terrarum et
civitate eclipsis obscuritas durabit. Quod dum sciverimus sciemus etiam quod accidens
eclipsis si fuerit Solaris tot annis durabit quot eius hore equales fuerint. Et si Lu-
naris totidem mensibus quot fuerint ipse hore duratura est. Et hec erit prima
in dicendo tempus scilicet quanto tempore durabit actus designatum per eclipsim luminaris.
Initium autem illius accidentis sciri poterit secundum comparationem loci eclipsis ad ascendens
et alios angulos. quoniam ut habetur apertius dicitur accidens eclipsis elongabitur tantum
quantitatem est numerus horarum que sunt intercepte inter ascendens et eclipsis gradum secundum horas
temporales sive inequales. Et iuxta hec distinctio erit secundum: in principio scilicet medium
et finis accidentium cognitorum. Ad propositum ergo applicando has ptolomei regulas

Durationes

Quia eclipsis hec lune totalis et in mora ab initio usque in exitum 3 h. et 36 minutis
absumet. ideo effectus eius tribus mensibus et 18 diebus perseverabit. Deinde quia
in principio eclipsationis luna ab ascendente tribus horis et 52 minutis inequalibus disti-
terat ea propter post tres menses tribus horis correspondentes et 26 dies 52 minutis corresponden-
tibus accidentia sua incipiens apparebunt. Et quia etiam in medio obscurationis luna
distabat ab ascendente figure hore 5 minuta 15. ideo medium suorum accidentium intendet post
quinque menses ~~quindecim~~ septem dies cum ½. Residuum vero accidentium iam debilitatorum
post sex menses et 16 fere dies absolvet. eo quod in fine eclipsationis 6 h. et 31 minutis

Inicia prognostici

ab ascendente luna defecerat. Itaque et tempora illa equalibus exponantur diebus
a vicesima die mensis Aprilis accidentia infra dicenda initium accipient. illa
namque post diem eclipsis tres menses et 26 dies terminabuntur. Medium autem (in quo

Medij finis

intenderentur) 22 die Maij erit. finis autem et effectus ultimum Junij evanescet.
Et quia etiam plurimas augmentationes eiusmodi accidentium deprehendunt ut docet
ptol. ex coniunctionibus et preventionibus que infra ipsa spatia effectuum illorum in locis per

Augmentationes eclipsis

repositis in loco eclipsis et angulis eius habitibus contingent. ideo coniunctio Apri-
lis contingens in quadrato loci eclipsis scilicet in V. et loco Saturni. horoscopante etiam
capricornio quod septimo qui stat locus solis in eclipsi oppositus lune. Et etiam oppositio
Junij in eadem fere signorum eclipsis occurrens. manifestius eventus eclipticos adauge-
bunt propter conformitatem maiorem cum loco ecliptico et figurarum principiorum ac
ceterorum quoniam omnium planetarum occidentalitas debilitatem promittit omnia accidentia ex
eclipsi futura. et eo magis quod Mercurius dispositor angulorum combustus sit
atque ex adverso stans Saturni in puncto directionis. fortificans sua propter mala
portenta promittit. fortuitis et debilibus non resistentibus ut non valentibus
locorum ecliptorum. quoniam Saturni feminam delinquit. eo quod ipsum felicibus
concederent radijs Jupiter ipse sextili sinistro. venus autem trino dextro./

Genera rerum: accidentia per eclipsim ventura suscepcina, determinare

Dixit ptol. ca. 8. secundi quadripartiti et 96 centiloquij Tertia species pronosticacionis est per quam in quo
genere rerum futurum accidens deprehendimus. Quod ex qualitatibus et figuris et imagini-
bus que proprie sunt signorum in quibus est Eclipsis locus indicatur. et ex qualitatibus
etiam signorum in quibus planete et fixe stelle consistunt que signo eclipsis et signo an-
guli precedentis dominantur. Stelle autem que planetarum est gubernator istorum duorum
locorum. signi scilicet ecliptici et anguli per potentiam potestatis essentialium et per aspectum ad
ipsa et per alias dignitates accidentales que consequentur primas seu essentiales. Dein-
de adiungemus significationes stellarum fixarum que sunt cum eclipsi et in angulo qui est an-
te eclipsim in eadem latitudine. et hec illarum fixarum que sunt maioris lucis et magnitudinis

Genus rerum / Cancro et ...

Quia igitur signum eclipsate lune est Cancer qui est signum figure aquatice maris principa-
liter et ex quadam consequentia piscium maris atque navigiorum eius. quorum etiam con-
tra ipse Capricornus in quo est Mercurius dux angulorum. terrarum habet quod est significator
maioris partis maris a parte meridiei. Ideo hec genera rerum quod per hec duo signa de-

Mare et eius

signantur effectus huius eclipsis primum suscipiet utpote Mare in suis aquis piscibus. Can-
cris et omnibus monstris marinis et navigationibus que in mari fiunt. Et quia etiam hec

Aer

eadem signa sunt solsticiorum. erunt etiam effectus in statibus aeris in propriis temporibus
signorum scilicet in estate et hieme. et ex propria significatione in rebus que ex terra nascuntur

Fructus

Rone Cancri quidem in fructibus qui colligent et seminabunt et in terra egipti in augmen-
to Nili erit significatio sua propria. Rone autem Capricorni. propria in arboribus volucribus

Mores

et piscibus. Preterea dominabuntur mutationes morum in ipsorum regionibus manentium Et
quia hec ipsa eclipsis fuit in medio celi super terram declinans etiam in nonam domum

Ecclesie Reg...

ideo accidens erit in ecclesijs ac potentibus et in his quorum actus sunt medij. Deinde quia Ju-
piter qui est primus dispositor loci ecliptici per exaltationem et terminum. atque anguli pre-
cedentis per terminum faciem et triplicitatem in signo geminorum signo humano et bicorporeo

homines Ani...

consistit. ideireo etiam in genere hominum et volatilium accidens erit. illud precipue quod Jovi
assimilabitur. nec minus in speciebus canina eo quod imago canis maioris quantitatis latitudinis re-
mota in prima facie Cancri ubi est eclipsis deprehenditur. et stella eius lucida alhabor
nominata in ore eius consistens. gradum eclipsis occupavit. Et quia ultra hec Saturnus
potens significator in Ariete signo equinoctij vernalis et habente similitudinem cum bestijs
domesticis quibus homines utuntur consistit motum suum. ideo erit ultra predicta accidens suum

Animalia ...

erit in templis et sermonibus dei et in arietibus capris ovibus et vaccis et his similibus
quibus homines omni tempore vite sue iuvantur. Hec itaque sunt genera rerum
in quibus significationes accidentium ipsius eclipsis lune et planetarum in ea domi-
nancium venture portenduntur. in locis et regionibus supra iam enumeratis./

Quantitatem partis generis rerum in qua continget accidens eclipsis, investigare

Inquit ptolomeus. Quantitatem vero partis aut totius generis rerum in quibus con-
tinget accidens intelligimus a quantitate obscuritatis eclipsis. quia si totum luminare
coopertum fuerit ab eclipsi dicimus quod totum genus rerum suscipiet accidens. Si medium, medi-
etas eius scilicet generis recipiet accidens etc. Secundo ad fortunam a proprietatibus locorum planetarum dominan-
cium ad locum eclipsis. ita quod qui fuerint vespertini in oppositione eclipsis solis, et matuti-
nales in coniunctione lune sunt debiles et propter hoc erit dolor eorum minus quam in medietate
generis. Si autem opposito accidere contrarium eius indicium erit. Ut in proposito quod tota
luna adumbrabitur et circa mora in umbra conficiet. et Mercurius opposito radio lo-
co ecliptico perspiciat. ideoque totum genus rerum nocumentum accidens occupabit. diminu-
et autem sua bona acta Jupiter que promittit. eo quod occidentalis est et lune nec aspi-
ciens eam et ita debilis minuitur. Quemadmodum et Saturnus quadrato feriens et occi-
dentalis sole/circa elapsus mala sua ad quantitatem totam generis rerum addet.

Stellas creaturas que futuri accidentis sunt occasiones explorare

Quia qualitas accidentis iuxta ptol. et omnes astrorum iudices, a natura stellarum atten-
ditur et ex commixtionibus earum ad alteram et ad loca in quibus fuerint depre-
henditur. ea propter necessarium est ut antequam qualitas accidentis detrahitur. primum domina-
tores planete exquirantur et eorum commixtiones teneantur, per cognoscenda qualitate.
Quoniam enim sol et luna sunt qui omnem rerum faciunt naturam. quae cum consentiunt alterius
eorum. fit de ambobus una virtus cuius species quod ambo operentur in uno. alteri eorum
iungitur eorum alicui aliqua alia virtus aliorum planetarum reducens opus eorum in concor-
dantiam virtutis planetarum. et ita per virtutem coniunctam sciemus qualitatem accidentis futuri.
Cum itaque hec diametralis lune ad solem adumbratio in 6 parte Cancri acciderat ubi
Jupiter per exaltationem et terminum pollet. quamvis non aspiciat. quod tamen in medio eclipsis per
medium celi culminabat et in angulo proprio eodem, triplicitate termino et facie gaude-
bat. merito primus almuten huius eclipsis decernitur. cui Mercurius succedit quia
ab eius opposito radio luna illico ad solem defluxit. et ipse ascendentis et decimi
angulorum potens dominator per dominium exaltationis triplicitatis termini et facie
potestas repertus erat. in opposito lune constitutus. et termino suo. secundo quod sub terra
et combustus a sole repertus est. magnam partem virium amisit dominij. his duobus
in adiumentum cedit utraque infortuna. Mars quidem quod triplicitatis loci ecliptici
totius sit dispositor. et gradus ecliptici ipsius est terminus. quem etiam aspectu platico per-
spicit. Saturnus autem eo quod ad ipsum luna primum per aspectum applicat. et ipse in loco
solis et Mercurii vincit dominio. Veniens itaque solem per quadratum excipiens radium
Ipse itaque mala multa et adversa primo dispositori Jovi scilicet immiscebit et si coniunctum

Ex planetis gubernatoribus qualitatem accidentium elicere :~

Quia virtus duorum luminarium est victrix et signaficat res naturales. non igitur tollitur
e medio per eclipsis sed persistens tendit versus virtutem planetarum et stellarum fixarum conuersi-
onis cum eadem. veluti hic, luna ex diametro commiscens lumen suum et radios in sole
ex Cancro domo et triplicitate sua. et supra terram virtutem suam a medio celi expan-
dens. plurium authoritatis sibi asscivit, ut qualitatem sibi naturalem. scilicet humiditatem multam
in his inferioribus augeat. aquas et omnes alias humiditates et frigus modicum quod conse-
quenter humiditatem multiplicat. Cum multiplicatione humiditatum Jupiter almuten loci lune in signo
aereo decernens temperiem inducet qua calefaciet tepide humores excrescentes in excessum
indeque per evaporationem ~~vaporum~~ exalationum. ventorum humidorum dissolutionem humiditates
spissas: frequentiusque ingenerabit. qua tamen ut eius est natura generationi tum animalium
tum terrenascentium multum cooperabitur. et id propter quod ~~~~ Veneris opposito adiunctus
radio. huic est quod a putredine et tabe fortiter tuebitur cuiusmodi humiditates excessivas
Verum quia ut diximus. virtus illa tota. Mercurii et Saturni malivoli. interrepta est et occupa-
ta radiis. ille namque opposito hic vero quarto obsiderunt lunam. utraque autem in suo situ siccus
et frigidus pro parte existit. inde est quod facient ventos turbinosos repentinos et facili mutabi-
les et ex quibus peribunt naves. In viventium autem sive animantium corporibus ingenerabunt
humores frigidos et siccos, aliquos etiam adustos a colera. precipue in corporibus colericis.
Unde armenta minora in quorum signis decernitur. ut arietes. multones. capri. damme ca-
preoli lepores etc. et plurimi boves. non ut decet incrassari et impinguari poterunt. nec las-
civiam monstrare. quinymo mortalitatem non effugient tempore verno. et hominibus infirmitatis
prestabunt usu: occasionem. unde infirmitates longe et prisis. dyabetes. fluxus. fames canina
quartana et alie que propter humores melancolicos et flegmaticos sunt in hominibus adveniet
Ceterum quia loca istorum gubernatorum sunt signa cardinalia. solsticialia scilicet et equinoctialia
ideo aer per decursum effectuum eclipsalium secundum naturam eorum alterabitur a naturali sua crasi. Ita
quod a temperamento vernali ad frigiditatem et siccitatem declinabit sementis et ceteris fructibus
terre nocituram. insuper aer plurimis nubilosus et frigore nocivus. Tandem in medio Maij
Jove signum et gradum anguli medij celi peragrante et in fine Junij locum eclipticum attingente
pluvie multe nocive repetite subitas inundationes congerent. Venti etiam impetuosi plurimas
commovent aera siccitate eorum frigida terrenascentibus nocitura. Et propter congressum Jo-
vis cum Mercurio atque Sole in eodem signo ecliptico et tropicali. tonitrua fulgura impetuosa
et tempestates valide his advenientur. ubique in aquarum multitudo assiduis pluviis crescet
Inde et ex consequentia debita talium qualitatum natatilia sive maris sive fluviorum quorumque

suscipiet … eclipsis

… dus eclipt…

… alter angu…

… eclipsis

… potens

Pluvie … multiplicatio…

Inspissatio

Venti turb…

Detrimentu…

Chronica…

Qualitas … aeris et

ms terrenascentium et fete terrenascentia cuncta vernalia precipue. vites frumenta et arborum fructus par:
ce germinabit sterilitatique refluent ita ut mediam vix attingant sufficientiam. Re:
itemque signa angulorum que sunt domicilia Mercurij suis almutebit quibuscumque
volatibus in avibus. volatilia minora multiplicabit quidem ipse Jovis in vero illorum presentia
verum ipse Mercurij adustionem maior pars eorum peribit irrobilite nec usui erit huma:
no. et ob eandem causam vestes ipse gravis et rectis provincijs familliaris ex defectu
ardore et leguminum Denique cor leonis in domo propria circa caudam ut infortunam
et in radijs quadratis infortunam. saturni propter et octava Mors mulierum etatis me:
die et abortus in pregnantibus plures una in vita computabit. hec sunt que ex coniun:
ctione horum fratrum coniunguntur. Singillatim aut Saturnus ex sui presentia in stationem
Solis et cursu suo. stationarius utrumque luminare inficiens ex sententia albu. in leo. con. mag.
mortalitatem in senibus. religiosis et potentibus. pestemque in promiscuo vulgo locis atque
civitatibus Aresti conformibus formidolose portendit. Somnia timida oppressiones a san:
guine adusto expansibiles. contentiones genium et eorum presidum. bella contenta capti:
vationes et carceres multiplicabit que omnia confirmat opposita radiatio Martis ad Satur:
nus cum ei non gradualis atamen signalis et mutua dignitatum receptio. Demum ipse
Jupiter in decima per almutias dein nona illustrans in signo Mercurij et opposito veneris be:
nivole radiatus. et etiam Saturnum feliciter aspiciens. utrumque malorum partem abigit non modica
et ex sua beninola natura in hominibus. specialiter aut in sacerdotibus. nobilibus doctis
et sapientibus. iustitie cultum. legalitatem. mutua honoris deferentia et religionis ob:
servantiam fovebit ac pro posse suo (etsi debili quia retrogradus et in detrimento suo) suggeret.
Mars item in detrimento et opposito saturni per sextam et primam domos decurrens ipse et suis
militaribus minus felicem statum quia depressionem paupertate et miserijs copiosam portendit.
Venus aut in domo Jovis opposito radio eiusdem afflicta et trino Saturni. modestia atque le:
galitatem mulierum servabit et prosperitatem earum. pacem et amicitiam coniugalem
efficere pro posse suo intendet. Aromatum cuncta sue nature copiam in pretio comparabit
Mercurius Caducus et quinto radios Solis subingrediens et in domo Saturni in eius
quadrato colligatus. studiosis artium et omnibus generaliter ingenio laborantibus. contemptum
honorem artium et litterarum. afferet aut phrebuam et oculorum atque superstitiosam ingeniorum
vero corum plures egritudinibus acutis et melancolijs crudelius corpus affliget. et
mercatoribus et viatoribus damna vie lucri. pericula viarum et latrocinia multiplicabit
hec quatuor planete huius eclipsis designabant futura
In regionibus et hominibus conformitatem
in signis eorum habitantibus:-

Principium in iudicium anni 1524

Cursum orbis magni. divisionem cum divisore. Coniunctionum magnarum profectiones, regressum solis in Arietem et planetarum in anni huius exordio. figuras premittere .:.


Quandoquidem authore ptolomeo. causarum universalium efficacia maior sit. et parti:
cularis ex illis derivatio et dependentia actionis. Ille aut causa sunt eclipses sunt lumi:
narium. de quarum una lune scilicet eius effectus in hunc annum devoluti sunt iam premissi
et secundum Albumasar hermetem Messahalach et eorum sequaces. sunt coniunctiones maiores planetarum
et earum utrorumque revolutiones annorum mundi. et quartarum eius. ut igitur ex vlibus ad specia:
lia procedentes omnia debito ordine et scientifice dicentur. easdem coniunctiones in
earum profectionibus in principio revolutionis anni imprimis memorabimus. ab orbe in magno
initium sumpturi. quia ut Albumasar 1. differentia tractatus primi inquit. dominus orbis magni participat
in significante qualitatis effectus magis coniunctionis et revolutionis anni sive mundi.
Hic igitur orbis magnus ter septem decem revolutus et completus. nunc quartumdecimum | Orbis mag
agit circuitum. secundum tabulas Alphonsi a coniunctione facta duorum superiorum in 11 gradu et
12 minuto aquarij anno Christi 1285 die 25 decembris. post quam hic annus currens
est 242 finem atque complementum cursus orbis scilicet 360 annorum 1643 anno complebit.
Huius orbis almutes sive dominator generalis est Luna ex planetis et ex signis Leo a | Luna dna
primo exordio usque in eius durationem. Sed quia quolibet anno huiusmodi dominij ge:
neralis particulare et quasi annuum dominium per certam planetam et signum atque eius gradus
partitur. unde anno currenti 1524 huiusmodi divisio ex planetis cadit in Saturnum | Saturnus d
quem divisorem dicimus. et ex gradibus signorum in 18 gradu scorpij devenit. Ideo gradus divi:
sionis orbis huius 18 est dicitur. et Saturnus in propinquo Mercurio cor eius aliter dicitur divisor. | Algibutar
Deinde revolutiones magnarum coniunctionum in eos gradus signorum devoluta sunt
Gradus coniunctionis deluvij scilicet 14 Cancri in 6. eiusdem signi gradum. locum eclipsis lu:
ne proxime et in quartum aspectum Saturni atque veneris et presentia lune in figura | pfectio c
revolutionis solis devenit. Gradus aut ascendentis eiusdem in 23 piscium et corpus vene:
ris pervenit. eum horum signantur. per properam annorum significatorum mutationes
pronosticamus hoc in anno venturas Dein. Gradus coniunctionis maxime que fuit | pfectio pe
prima in triplicitate ignea in 2. Arietis gradu anno Christi 828. in 22 scorpionis in terram
lune radium. et eiusdem ascendens in 12 Cancri in corpus lune. et quartum saturni
motu profectionali pervenerunt. priori etiam significationi mundationem scilicet attestantes
Tandem gradus coniunctionis prime in triplicitate aquea scilicet septimus scorpionis. cuius | pe in trip
coniunctionis annis nostris continuatur vigor et significatio. in 26 Arietis et corpus
Saturni. et gradus ascendentis eius in 2 geminorum in oppositum Martis et corpus Jovis:-


o infortunaz Insuper gradus coniunctionis infortunarum Saturni scilicet et Jovis in Cancro sub 19 gradu facte anno 1503 imo in 1 Cancri in corpus Lune et quartum Saturni platicum incidit Gradus autem aspectus eiusdem 5 scilicet Capricorni in 21 Sagittarij et oppositum Jovis preerat

o minoris et artis Postremo gradus coniunctionis minoris atque continuationis coniunctionum in triplicitate aquea que acta fuit sub 10 piscium anno isto in 13 Cancri et corpus Jovis venit Gradus autem ascendentis eius scilicet 11 geminorum in 10 virginis et oppositum Mercurij platicus e.

harum itaque profectionum significationes una cum significatoribus accidentibus per eclipsim Lune in anno anni transacti iam premisses. in significare revolutionis anni committende erunt. Cuius quidem revolutionis anni per ingressum Solis in caput Arietis et per coniunctionem Luminarium immediate precedentem. themata celestia patentur hic oculis submissimus ut saltem generalis planetarum et signorum constellatio legentibus pateat contemplanda

o anni figure





Preterea ut prima et precipua fundamenta iudicij astrorum non obmittende sunt quedam planetarum inter se et ad solem habitudines. qualis est primum Solis in Saturno per gradum exaltationis Solis et casum Saturni corporalis in principio dicti Aprilis corporalis coniunctio. deinde plures reperitur male affectiones superiorum in inferiori: bus et in Sole. et in medio autumni duorum superiorum regressio et quadrangu: lacio in signis cardinalibus. Saturni scilicet in Ariete et Jovis in Cancro. omnium perspi: cienda erit. multa etiam mala huius modo temporibus illis adducere designat...

Sed antequam anni propositi fores aperiemus. hiemis labentis qualitatem explorabimus.

Qualitatem hiemis anni labentis et eius mensium premittere

hiemis hec cuius pars iam recessit ab ingressu Solis in caput capricorni secundum in m: ius coniunctione eam precedente Jupiter in signo aereo retrogradus in Marte et Vene: re in occidentalis signis calidis scilicet et humidis versati. obtinuerant gubernamen: Jidem quoque et omnes loca principalia figure introitalis disponebant et presertim sunt quippe in suo angulo illustrabant in eisdem signis calidis et humidis. Ideirco

proprietas generalis hiemis que est frigida et humida. accidente scilicet calore et humiditate per significatores designato. in frigore remittetur et in humiditate augmentabitur nam et contrarium suo contrario temperatur. et simile simili applaudet. Accedit ad hec quod Saturnus qui disponit duo signa hiemalia scilicet Capricornum et aquarium occidentalitate sua hu: miditati et frigiditati hoc tempore fere/fauebit. et restaurationi frigoris intensi. decursu suo in Ariete signo vernali atque igneo. et opposito Martis radio. fuerunt itaque tres superiores in signis calidis decurrentes in latitudine meridiana. calori contemperanti gelua et occiden talitas aliorum et ipsa latitudo meridiana humiditati et frigiditati moderate. erit igitur hiems frigida et humida. gelua autem rigida et sicca non admittet que non refrigeret aut facile permutaret ab excessu. qualia plures boreales iste plures solite sunt habere Eius autem duo menses residui et quarte atque ceterorum dierum qualitates. sic apparebunt. Qualitas hiemis presentis

Coniunctio februarij

feria quarta in crastino Circumcisionis domini h. 23. m. 53 Cuius gradum 21 scilicet Capricorni et hunc partialem. Saturnus gubernat per platicum dominium et aspectum quartum. cuius virtutem Luna ad solem defert et etiam per applicationem corporalem ad Mercurium in eodem signo transfert. hinc est quod erit frigida ut gelida ni: mis. ex certis tamen diarijs stellarum figuris nubibus nivosis et observantibus variabilis.

DIES Die Circumcisionis domini gelu intendetur ex eo quod Luna appetit sibi portam superius Saturnum in gradu partiali. Mercurius denique extra radios solis apparere incipit et aquari: um ingreditur. Sed quia mansio Lune in loco coniunctionis est humida. ideo apparebit cum aer nubilosus et nives grandines. precipue die coniunctionis pro nocte sequente o. feria sexta et proximis diebus in utramque partem agitatio aeris ventosa plerumque cum nivosa et quedam remissio gelidi ex nubium humidarum aperturo. Ex hac ratione quod his diebus aquila volans de mane orientalis et ♃ est in Sole combusta. Venus autem apparens ante Solem cum Lira de natura Veneris ac Martis. horoscopat primum. que pluries comprobata sunt in eo statu qualitatem expressam in aera influere. Nives autem pluribus locis decident solutis nubibus. ratione Mercurij in Marte quadrati ex si: gnis pluviosis. A feria tercia post Epiphaniam Luna applicante ad almutem loci coniunctionis scilicet Saturnum redibit dispositio pro gelu constrictiva et firmabitur aer. Dies Pluviosi

Quarta Lune residentis feria quinta proxima post Epiphaniam h. 22 m. 4 Roris dominij Saturni in loco Solis per dominium et in loco Lune per corporalem positionem gelua firmabit constanciis. et ex eo quod gradus Solis sit partialis. Luna autem domina ascendentis Saturno iungetur. Deinde propter quartum Veneris ad Saturnum circa diem quadrature aer nivosus frigidus et aspero vento spirantibus inter cum humidis ex nubilo apparebit ex applicatione sextili ipsius Mercurij ad Jovem et Saturnum feria sexta Sol ingrediens aquarium et Luna pleiades contingens nives movebit

Opposicio februarij feria quinta ante fabiani post occasum solis h. 1 m. 20
Saturni viribus disponetur. eo quod in loco luminaris scilicet lune super terra et in ipso ascenden-
te per triplicitatem terminum et faciem vincit. cuiusque de trino conspicit. Unde yemis a
principio frigida erit. tamen quia etiam Jupiter equales potestates illic habet et tempus opposicionis
in decima culminat. luneque sextiliter soli aut trino applicat. ideo temperata dierum
claritate restringet gelua saturnina. cum etiam solis ad Martem quadratura fruebitur
Dies Sabbato pridie fabiani et circa. ventus frigidus alicubi etiam nimium crassus
adveniet. Eo quod luna gradus nebulosos peragrans Mercurio latitudine septentriona-
lem tunc capientem per oppositum applicat. parteque pluvie in corpus Martis et mansionem hu-
midam decidente. Dies etiam dominico et nocte precedente nimium intatudo sperabitur. hoc
lune in mansione humida et gelu nebulose sextilem Martis et inde quartum Jovis ra-
dium respiciente. Deinde sequentibus diebus temperabitur aer et clarescet in medijs diebus
potentieque sparge nives reliquum et resolucionem incipiet. noctibus tamen iterum gelido redeunte.
Eo quod Jupiter trino a dextris et Mars quarto a sinistris solem irradiant et obsident.
Quarta Lune decrescentis feria sexta die Conversionis Pauli h. 19 m. 26. ubi in loco
Solis super terram in angulo medij celi Saturnus dominio triplicitate et termino vincit. et
sextili radio principat. Mercurius autem probabitur ei. eo quod eius duo ascendit. pluribus ac pol-
let testimonijs. quapropter die quarte regescet aer ex gelu intenso. et nubes consistentes depella-
aut nivibus resolvet. Lune Veneris in meridionalem latitudinem currentis et Martis in scor-
pione cum luna coniuncti qui solitus est hoc statu aut nives habundare aut resolvere gelata.
A sabbato proximo stacio Jovis ad directionem in domo Mercurij et oppositio lune atque Martis
Mercurij ventum movebit resolventem humiditates hiemales. cum corporalem per pluvie in
corpus Veneris et mansionem temporatam decurrens. Nichilominus rigor constringens non decrit
Lune Solis per sextilem radium Saturno configurati. feria quarta post Pauli proxima
propter luna cum significatoribus quadratura et futura coniunctione in quadrato disposita quem de
aspectu postea intendetur gelu et nubes adumbrantes aggregabuntur. nivesque plerisque spargentur
eo quod sol gradum nebulosum et puteale sui presencia peragrat.
Coniunctio Marcij feria sexta profesti Purificacionis Marie deipare. h. 9. m.
20. noctis precedentis. Cuius gradum Saturnus disponit per triplicitatem potestatem essencialium
ipseque decrevit per angulum anteriorem. non remotus erit ab aspectu sextili. et in suis con-
iunctionibus partis pluvie mensionem decidet. hinc est quod frigida erit hiemaliter. aliter tempera-
mentum non recedet. quod Jovem principem obtinet qui dominus ascendentis est et tempus opposito
fuit Martis etiam orientalitas a sole et claritati et temperamento frigoris condiet
Dies Eodem die et claritate temperabitur aura. eo quod luna inter radios fortunatorum
et infortunatorum utrimque vertitur. et Venus evadens radios solis. ipsum antecedit occi-

feria secunda post festum Purificacionis Marie sol iuxtas stelle que est umbilicus pegasi ve-
tum rigidius movebit. Et quia pluries Mercurius in signo piscium quod est frigidum et plu-
viosum stat ad regrediendum. et per pluvie circa pleiades verbitur. ideo eo die et sequentibus
duobus ventimima turbabit aera atque humiditate hiemali turbinosa bedum conficien-
tium asperitate tamen frigida et gelida prope die Agate cum lune potentis coniun-
ctionem Saturni dispositor coniunctionis. et Veneris ex aquario Saturnum sextiliter radiantis
Feria quinta in crastino Dorothee virginis post gelua ad nimium crassa et resolucione humi-
dam reliquum disponetur. Eo quod luna circa pleiades Marti opponitur et Veneri quadratur
Quarta Lune crescentis feria sexta profesti appolonie h. 15 m. 11. a Saturno horoscopi
pars in loco solis super terra disponetur. Martemque dominum ascendentis principem habebit utrique
autem eam frigidam et nivosam efficiet. eo quod ille in Zodiaco pendet. hic in quarto Veneris
Eo usque die recepta humiditas hiemalis cum asperitate grandis et pluvijs nivosis interseret
et varietate ingrata que humida et ventosa etiam diem dominicum pertinget. tum quia
luna in signo aereo Jovi coniungitur. tum quod sol pisces contingit et Mercurius radios intrat
Circa diem Valentini venti humidi excitabuntur. hos nives illius pluviam hiemalem affe-
rent. Eo quod Mercurius iungitur Soli in piscibus. Addet autem huic intemperiei et humi-
ditati ingrate. Venus pisces ingrediens et sub radijs solis fugiens in orientalitate sua
Opposicio Marcij Sabbato septuagesime et festo Juliane h. 18. m. 22. hec
tunc loci coniuncte et ascendentis Jovis dominium obtinet qui quoniam in signo vernali
meret ideo temperamentum addiret caloris. sed quia Venus eius principes in medio celi cul-
minans et Mercurius sub radijs solis delitescunt in eodem signo piscium et matutinales
sunt. hec ipso festo inconstanciam aeris inducent. et ventosas et plerumque pluviosas et
nivosas apparent. interque nubilositate fere omnes occupabit dies. raroque lucidiores.
Dies Die opposicionis et dominica septuagesime humiditas pluviosa sive ventimimam
turbabit aerem et alicubi habundare pluet usque in feriam terciam. Nam propter preter
iam commemoratas causas. post occasum solis Cauda leonis de natura Saturni et Veneris
oritur. que fere infallenter id repertum est faciet per plures noctes atque dies. et item
Venus Mercurium retrogradiens corpore contingit sub radijs Solis. A feria quinta proxima
ventulus rigidus efficiet aerem sed claritate temperabitur facile ex quarto Solis ad Jovem
Die Cathedre petri a meridie pluvia adveniet multa et pro nocte disperietur. Eo quod lu-
na Marti in scorpione iungitur et Cauda Ceti vespere cum sole occidit
Quarta lune decrescentis Sabbato sexagesime h. 3. m. 31. noctis sequentis. que ex
loco lune Jovem. et ascendentis Saturnum ac Venerem accipit gubernatores ex quibus
difformem habebit qualitatem. temperatam scilicet caloris interiectos rigoribus et pluvijs subitis

Unde die 20° et domina sexagesime nubes grandine afferent nives aliquibus pluviam vento agitatam eo quod Luna Jovi opponitur et veneri quadrangulat Mercurius denique in quarto Martis· addet huic qualitati pluviosi ita quod bidui varietas molesta turbabit aera Feria secunda post Mathie Luna in domo saturni in parte pluvie quarto Saturnum aspiciens frigora stringentia adducet aliubi nives rursum. claritate resolvens subito quam inducet Jupiter et Venus quadrati inter se· Feria quarta et quinta post diem Mathie apostoli Stacio Mercurij et Luna iuxta stellas nebulosas· inducent auram vento rigido et humiditate hiemali molestantem· Et feria sexta sequenti Luna Mercurio iuncta decrescens quasi sextum sum et quadrata Marti utroque in pluviosis signis inceuntibus nive et pluvia dabit·

Anni propositi observacione astronomica principium aperire.

Annus presens 1 5 2 1 post natum mundi salvatorem iuxta ptholomei diffinicionem a coniunctione precedente ingressum Solis in Arietem que altera die usuali Marcij evenit· 8 Leonis gradu in orizonte circumferentiali ascendente exordium accipiet· Qua quidem coniunctionem ex tempore computistarum Embolismalem notare mihi operum visum est· quoniam et illa que in primo Januarij evenit· etiam pro embolismali capi poterat. Iuxta autem viam Albumasar· hermetis et aliorum ab ingressu Solis in Arietem decima die Marcij h. 13 m. 26· Tauri 22 gradu ascendente revolvetur feliciter· de cuius gubernatoribus et qualitate generali atque menstrua iam dicere ordo deposcit·

Gubernatores qualitatum anni atque quartarum eius premittere

Obmissis differencijs opinionum de domino anni eligendo quas fere singulis annis ex usque ad nauseam protendebam in hoc capitulo· duntaxat ad electionem domini et principium anni procedam iuxta certam opinionum modum et artem· habito tamen respectu ad eclipsim lune et dispositores eius antedictorum· que in veris maiore parte et estatis principio ut generalia et fortiora annis omnibus prevalebunt. primo autem ex figura introitali iuxta viam communem dominum eligemus· assumentes regulam hermetis et Messahallah qua inquit· Cum volueris scire dominum anni aspice hora revolucionis planetam qui fuerit fortior ceteris in loco suo et plus testimonij habuerit· et pone eum dominum anni in climate in quo fueris Et infra Cum fuerit dominus exaltacionis in gradibus exaltacionis sue non erit cum eo opus aspicere alterum planetam· Quia igitur hora introitus Solis in Arietem Venus domina ascendentis scilicet 22 gradus Tauri existens reperta est in gradu exaltacionis sue scilicet in 28 piscium. sextilibus Jovis radijs et termino lune confortata· merito sibi assumit anni dominium potestas· cum iam haly maior

…anni domina

potencia anni est domini ascendentis· ipsa autem non modo est domina ascendentis sed ex sextili propinquo aspicit ipsum et ut dictum est in gradibus exaltacionis sue sexto graduum preterea est domina loci unius luminaris scilicet lune per triplicitatem terminum et faciem id autem iam haly plurimum conducit ad esse dominum anni una in ceteris regulis videntibus Nec eam a dominio secludet casus in duodecima et combustio a sole hec enim debilitat eius virtutem tantum illud autem significacionem certam limitat· ut habet haly de revolucionibus domini anni per singulas domos figure· Dabimus tandem illi participem in dominio Jovem non remotum et ut ita dicam non recedentem ex gradibus horoscopi in detrimento quidem debilitatum sed utrumque triplicitate sua gaudentem et termino· et quod maius est dominio generali eclipsis lune valenciorem atque ipsius loci veneris hospitem.

Dominum iuxta ptholomei doctrinam ut naturalem ita et solidam ex figura preventionali veris· dominos vernalis qualitatis appreciate eligemus· ita tamen estatis autumni et hiemis dominum perquiremus dispositorem. iuxta hanc ipsius regulam accipere planetas gubernantes locum coniunctionem et opposicionum que fuerint ante tropicos et equinoctia· et gubernatores angulorum qui hec loca sequuntur. Dum igitur in coniunctione precedente introitum Solis in Arietem 21 gradu piscium apprehendimus Venerem pro parte exaltacionis triplicitate et termino potiri [illegible]· eiusque presenciam in 18 gradu cancri signi comperiemus· ex nona domo in ascendente per trinum colligatam, presencia autem planete in aliquo signo in quo habebit aliquam dignitatem· potenciam dominium illius· una ante alios plures planetas sed non presencie et aspectus· ut habet haly in comento in 19 primi quadripartiti· Adhuc in utroque angulo terminis et faciebus appreciate gaudet Venus. Dabimus tamen illi participes Jovem et dominum domus loci luminarium· et Saturnum in decima ut angulo anteriore et triplicitate luminarium et in septima angulo sequente. dominio termino et triplicitate pollentem. Venus ergo Jupiter et Saturnus veris sunt domini

In coniunctione etiam Junij que precedit introitum Solis in Cancrum. Mercurium invenimus victorem super 18 gradus geminorum et 10 cancri in ascendente ut angulo priore orientem. acquirat autem vires maiores eo quod respectivus fit a Sole et Stacioni prime propinquus in facie et termino suis. Adiunxi autem Jovem in participem dominij eo quod ipse cancrum ubi exaltatur habet ingressus tota estate in eo progrediens et bis Mercurium recepit

In opposicione tamen septembris que precessit introitum Solis in libra· totum dominium sibi vendicavit super 21 virginis ubi locus est solis et proximo, minus huic gradu ascendente

¶ Quarta ultima Octobris feria sexta ante Stanislai post h. 20 minuto 10. Satis
temperatos habebit dies et autumno convenientes. tepidi scilicet caloris et sereni aeris.
Nam a principio clarescent dies ventis utrumque nubeculas depellentes et refrigera-
tivitatem ferentes. Die Wenceslai et circa mane ventorum flatus distrahens nu-
bila et clarificans aera. Die Hieronimi festo ventus nubifer scilicet cum frigore vento
pluribus etiam grandine mixtus pluvie frigide et hiemali ex ... venere ad Satur-

Coniunctio Embolismi Sabbato ante Francisci post h. 18 m. 22. Ros eiusque
quadratura Saturni ad ven. dominatur quod erit in figura frigidos dabit dies
et asperos nec non turbidos nubilositate ros Saturni retrogradi in Taurum

Dies Die Remigii frigus turbulentiam nubium alicubi cum pluvia et grandine
A die dominico proximo convenientior aura et minus turbida clarescens et
tepefaciens calore remisso. Feria quinta post Francisci nubes frigide vento
aera variabunt et in locis campestribus gelu apparebit. sic utrumque noctes et
matutine hore frigescent asperi. ¶ Quarta secunda Embolismi die dominico et
festo Gereonis post h. 20. minuto 28 autumnales dabit dies per frigidos et siccos
Feria tertia multam pluviam Luna iuncta Marti dabit Feria sexta ipso die Calixti
turbidus aer et nebula densa tandem ventus ex Iove movebitur et pendentem nubila

Oppo embolismi que erit eclipsalis sub terra fit et ideo eius facta nos minus tangent. Nihilominus universaliter aliqualiter alti status et etiam vulgus nobilioribus nocebit. Erit autem dominica post Galli hora 15 minuto 28. A marte autem disponetur ad intemperamentum aeris. Nam et coniunctio Jovis cum Venere huic sancti ventos fit frequentans fecit

Dies prior die ventus frigidus mixtus potest pluviam et quod luna opponitur Mercurio et venus in septentrionis aspectu. Nocte ipsa oppositionis turbidus aliqualiter aliter nec turbabit crassum et pluvia frigida. Tamen terciam lunacionis. A die luce ubi fuit luna applicatur Marti dispositi et pluvia frigida ... tamen terciam ... nebula et frigidum aeris ... lucidus mensis in aere et venus Jovi in tercio. Venti ... nebula et frigiditas aeris ... Ibique deinde sol frequentius. Nocte autem gelidiore solito. Feria quinta die translacionis Alberti Mercurius intrans scorpionem venti turbinosi ... pluviosus nubes. Sexta feria festo Martini ...

Quarta ultima embolismalis die dominica ante Simonis hora 11 minuto 23. Et dominio Jovis et Veneris temperatus habebit dies et claritatem diurnam continuante frigore apparebit. In vigilia Simonis et die festi ingreditur aliqualiter et connotatur nubium ad pluviam et minus paratum. Et con. Mercurii cum Sole et quadratura infortunatur. Sabbato et dominico ... primus venus ingrediens domicilium in Libra minus ... pluvia dimittit.

Coniunctio Novembris die omnium sanctorum post hora 13 minuto 28. Ex dominio Martis post scorpionem intrantis minus addunt et pluvias hiemales et variabit dies suos sequentes.

Dies eodem die nix cadit ... et pluvie ... variabilitate venti frigidi ... per plures dies ante et post. A feria quinta minor ... celi et frigore et humores hiemali tamen Mercurii oppositi Saturno in locis humidis. Hiemi deinde dictis temptabit pluvia et nivis aquosam ...

Quarta 2a Novembris feria tercia ante Martini hora 11 minuto 2 gelida apparet et statim a principio multiplicabit minus cum varietate ventosa gelante et turbante aliqualiter nubibus minoris et pluviosis hiemalibus tandem stabiliter gelu ... in fine quando ... Saturni cum Sole ...

Oppo Novembris feria tercia ante Elisabeth hora 2 minuto 34 ... Jovem et Mercurium ... paulatim gelu ... post dies ... Nam post dies oppositionis ... fortius gelabitur et paulo minus dies oppositionis quia turbabitur nubibus minoris. Sol cum attingit ... circa diem Elizabeth et festo Jovis cum Mercurio ventus ... frigora et nubes ...

Quarta ultima novembris die Clementis hora 5 minuto ... Saturnum culminantem gelidabit aera. Ultra et dominio Jovis temperatum ... pluviosus ... Nam primo dies variando ventosa et nivosa ... aera. In vigilia et die Katherine maior varietas celi et ventorum et frigore apparet. Tamen duo ... signa mutantur. Sabbato primo ... minus et varietas et veneris ... luna in scorpione. Dominica Adventus ... feria sexta vigilie Andree ... cum turbida aura hiemali et minus ... Luna quadratus Solis cum Marte in piscibus

Hiems a coniunctione decembris ... et a Jove ...

in virgine signo frigido aspectu a Saturno in Tauro gubernabitur ... ad gelu firma cum ... nubium et ventis apparet ... fere usque finem. Hoc in primo mense minus. Nam temperate gelu gelida et ut sequente minore; —

Coniunctio Decembris feria tercia proxima festo Andree hora 9 minuto 8 ... et sequenti. Luna dominium Jovis et Veneris temperatus gelida erit quia turbida et ventis humiditatem addentibus. Hoc est minus et pluviosus sequente variabilis.

Dies A principio ... ulla resolucio et quadrato Martis cum Sole ... Et hec erit quod ... coniunctio habet stellam ... de Saturno et Martis. In vigilia Barbare ... humiditas in regione gelante. Luna ... conjunctionis ... die dominica ... Nicolai ... in quarto Veneris et Solis in festo Jovis ... venti flabunt ... frigidi.

Quarta prima decembris feria quinta festi Conceptionis Marie a principio multiplicabit minus et turbidam ... Luna Jovis ... Martis in piscibus oppositi et Mercurii aspectu in septentrionem. Durabit autem hec ... cum ventis vigore gelantibus et ... usque in finem ... ... partes ... Die ... gelu et durabit ... et con. Luna cum Saturno et ...

Oppo Decembris feria quarta post Lucie hora 14 minuto 1 gelidos habebit dies turbidas ... et minores frequentabit nubes ... a principio. ... Mercurii ... Saturni ... Solis in oppositione Veneris ...

Dies Circa diem oppositionis ... gelu et minus ... frequentius ... variabili ... usque ad diem sabbati ... Ubi ... varietate aeris ... gelu et turbide nubes ... paulatim ... quod Sol attingit stellam ... in ... —

Quarta ultima Decembris feria quinta post Thome post ... hora ... minuto 51 ... gelida non ... Ante autem post dies 13 feria tercia ventus gelans et ... aeris ... Luna ... Jovis. Die autem ... et post ... Stephani ... gelu ... et minus ... Hec ... dies ... gelu ... Luna ad Saturnum

Coniunctio Januarii feria quinta post Silvestri hora 2 minuto 18 ... Saturnum culminantem ... gelu et hic finitur annus iste : —

Iudicium astrologicum ad annum domini 1530 ex ingenio Nicolai de Sadek editum (?) et manu sua scriptum

Prefatio in iudicium astrorum

Plato divinus ille philosophus in Thimeo ait nihil esse ortum sub sole cuius legittima cau-
sa non precesserit. unde naturales philosophi omnes uniformi sententia hunc mundum inferiorem uni-
versim et singulariter a deo optimo et ultramundana causa per celestem influxum gu-
bernari persuadent. Trifariam tamen partiti sunt. alij namque post primam causam putabant
fatum bonorum et malorum causam esse iuxta illud fatis agimur. cedite fatis. verum eorum
opinio longe distat a veritate non modo Christiana verum etiam phisica. quum et Arist.
accuratissime monstravit futura haud necessario evenire. et nos ait rectores et dominos
operationum nostrarum. Alia est opinio. quam plinio teste adinvenit mortalitas. que credidit re-
rum omnium esse fortunam. sicuti Iuvenalis meminit. Te facimus fortuna deam celoque locamus
et Aristoteles inter causas rerum connumerat fortunam. Tercia est sententia vere philosophantium
et astrologorum omnium probatissima. quod astra motu lumine et influentia regant et alterent
hec inferiora. ex eorum autem noticia astrologia emersit que quidem in duplici rerum cogni-
tione consistit. stellarum scilicet que influunt et rerum suscipientium influxum. peritissimi autem
astrologi ut innuit ptol. primo centiloquij motum et stellarum naturas apprime norunt. sed
materiei dispositionem propter eius continuam variationem plerumque ignorant aut generalem ipsius co-
gnitionem tantum modo habent. Et quia ut dicit Aristoteles actus activorum non fit nisi in paciente be-
ne predisposito. propterea contingit quod syderibus influentibus non apparet eorum effectus in in-
ferioribus. quum materies non est in illum aptata. quapropter inquit ptol. Iudicia que tibi tra-
do sunt media inter necessarium et possibile. non enim ita sunt necessaria quod impossibile sit aliter
evenire. nec sunt ita contingentia quod nunquam eveniant sed ut in pluribus non resistente contraria
dispositione vel fortiori prohibente accidente. sapiens enim dominabitur astris. multum mali pro-
hibere potens et adiuvare opus stellarum. Ego itaque sequutus hanc veritatis disciplinam ad
annum domini 1530. iudicium ex astrorum habitudinibus. et ex superioribus corporibus ho-
rum inferiorum statum et contingentias. ad utilitatem mortalium nostri studij honorem atque
famam sempiternam. auxiliante deo scribendum duxi. in capitula sua illud partiendo:


Enumeratio magnarum celi configurationum:

Antequam ad iudicia revolutionis anni propositi descendam. hec premittam solidiora funda-
menta. Nam primo premitto orbem magnum quartidecimum cui Luna cum signo leonis
preficitur. unde mundum hunc continua varietate et instabilitate statum rerum versat. leo autem
superbos facit homines et ambitione reges perturbat. huius orbis dimidio fuit planeta cui in
orbe annum adscribitur dominium. est Sol cum Iove participans. teste autem Albu. in libro con-
signatio Solis est regum signum nocumentum et mortem plebi advenire. commotionem inimicorum
ab omnibus terris. et annus vere infructuosus erit. eritque annus multe variationis et raceus sta-
bilitate. Multiplicabuntur bestie et erit effusio sanguinis a parte occidentis et nobiles fient pauperes
et pauperes fient divites. Iupiter autem particeps dominij. ministrabit habundantiam rerum
et prosperabit eorum vota qui talia negotia aggredientur. Premitto deinde gradum con-
iunctionis maxime in tercio Arietis quem alii arte pervenisse motu profectionis in 22 aquarij. in se-
cundam introitalis ad oppositionem Lune. et in quartam pervenisse in corpus Veneris et utriusque in-
fortune ad quartos radios. portendens plurimas et frequentes pluvias. et ex his inundationes
sementis terre atque edificijs nocituras. Premitto tandem profectionem a quem coniunctionis mu-
tate triplicitatis ad aqueam. a quem 1 scorpij devenisse ad 26 Cancri in trinum radiis
coniunctionis autem minoris hanc continuantis ex 10 piscium quem devenisse in 13 virginis ad op-
positum radiis. in undecimam pervenisse et nonam introitalis ad corpus Iovis et oppositum Veneris
designantis minorarum pluviarum. et mitigarum controversiarum in sacerdotes malitiarum

Premitto insuper prefectionem malefice coniunctionis Saturni et Martis ex 19 Cancri deue-
nisse in primum gradum libre in quartum radius et oppositum Solis in introitali et quod deterius e
in signum eclipsandi Solis et iterum Lune anno presenti portendens sinistram inuria et incomoda
in populo verum debilitate eo quod infortune non proiciunt radios in illud signum :—
Horum omnium et aliorum fundamentum pono figuram preuentionalem coniunctionis luminarium diebus
Apribus februarij in qua ascendit pro isto horisonte 4 gradus Scorpij. Nec minus figuram ingres-
sus Solis in Arietis primum punctum in qua ascendit 14 Sagittarij signi bicorporei et est
hora Mercurij nox autem Lune, Accessit ad hec virtus eminentior coniunctionis luminarium
eclipsantis Solem in 18 gradu Arietis in domicilio principali belligeri Martis quem etiam dominum
anni fatebor tum ex gubernatione loci eclipticj et suis situ in angulo ascendentis inchoate
eclipsis tum ex situ eius in angulo septime preuentionalis figure et principe ascenden-
tis eius dominium Scorpij scilicet et quia ut dicit Hali accidit ex ipse rectus dominus ascen-
dentis preuentionis est etiam fortis dominator per triplicitatem terminum faciem et sextilem
aspectum loci scilicet 19 piscium luminarium // ac etiam in introitali existens in domo figure gaudij
sui dominatur super locum Solis ipse sine dubio dominabitur toti anno. Accedit ad hec eiusdem
cum Saturno corporalis coniunctio in 28 Tauri termino eius et triplicitate quo eleuatior est ipso
Saturno. Premitto etiam alteram eclipsim Lune in 22 eiusdem Arietis sexta die octobris ven-
turam cuius etiam dominus Martis existit. Effectus tamen ipsius in sequentem differentur annum:—
Premissis itaque nominatis configurationibus et alijs superiorum inter se et inferiorum ad celestium
tempore introitus Solis in Arietem et alia signa cardinalia. venio ad iudicium ex illis :—

Principij anni astrologici consignatio

Reuolutio et principium anni mundi. qui secundum regressum Solis in primum
punctum Arietis renouatur anno presenti 1 5 3 0 currentem iuxta sententiam Ptolo-
mei phelusiani a coniunctione luminarium aucupatur que erit ante regressum Solis
in Arietem sub 19 gradu piscium die 21 febr. h 9. m 53 a meridie ascendit 4 Scorpij
Quia igitur ex eum multo maior est virtus luminarium quam aliarum stellarum mani-
festum est virtutem inter ipsa ligatam remanere per totum annum. quecumque autem alia
virtus siue coniunctionum planetarum siue eclipsis alicuius ex luminaribus in illo anno conflata fuerit
illa si fuerit similis prime addet aut si fortiter aduersa diminuet et soluet primam
Sic quoque et virtus stellarum in figura introitus Solis in Arietem ligata non habet vim
aliam nisi addere vel minuere in accidentibus magnis per priores causas designatis. ut
Ptol. ipse et suus commentator Hali asserunt. hic itaque introitus Solis in Arietem limitans
anni exordium erit post descriptam coniunctionem die decima Marcij hora 12 Mo 56 a
meridie ascendente 14 gradu Sagittarij. Sed ut ista et eclipsis figure eruditorum oculis cer-
nantur. celestia themata pro nostro horisonte situata hic typis subiciam



Gubernatorem anni et participes dominij inuenire

Quia magis conueniens est, complemento atque perfectioni artis iudiciarie non solum
ad introitum Solis in Arietem ut Messahalach et Hermes senserunt verumetiam ad con-
iunctionem vel oppositionem luminarium ut Ptol. voluit. pro statu et esse mundi cognoscendo aspi-
cere cuius status et dispositio maiori ex parte est ex domino anni, ideo ex vtriusque figure
consideratione primum dominum anni cum eius auxiliatoribus conabor inuestigare, nam et sa-
pientes Indorum Egiptiorum et Persarum. necnon et doctrinis iubent aspicere ad coniunctionem vel
oppositionem que fit ante introitum Solis in Arietem. et per hoc posse scire omnia seculi accidentia. Per-
specta itaque figura comperio Martem dominum ascendentis in septima angularem in termino Mer-
curij et triplicitate sua. cuius sextiles radios Luna excepit et in corpus Solis detulit. est etiam
illi non parua potestas in loco luminarium coniunctorum ex triplicitate termini et facei. Quoniam
autem veneri sit illic exaltatio et angulus oppositus. quia tamen subterranea peregrina et absque aspectu
ideo a dominio secluditur. Juppiter autem dominus domus loci luminarium, ex diametro Mercurium
recipiens et lunaria corradians atque respiciens succedentis domus scilicet vndecime occupans se se
participem offert in dominio. accedente ad hec ex dominus sit per potestatem dominij in ascendente
figure introitalis et per quadratum aspectum atque in nona parte celi collocatus. Nec repellit
a dominio principali Martem casus eius in figura introitali in sextam, sed eleuatio eius
super Saturnum cuius petit coniunctionem eius maliciam auget. et gaudio illic suo extendes se in
furorem. Confirmat igitur eius belligeri Martis atrox dominium non modo presidentia et
potestas dominij in signo Arietis in quo Solis plerumque cum orto puncta eclipsantur. verumetiam
eius cum Saturno in ascendente presentia horribilis. atque iterum in eclipsi Lune in eodem Ariete
dominium sole et diametralis distantia. Totum igitur vendicauit sibi Mars eius principa-
tum anni huius. Neque forte necesse erit singularum quartarum figuras et gubernatores per-
quirere cum preuentionis et eclipsis figurarum ascendentia sint signa fixa. quia tamen intro-
italis figure ascendens signum bicorporeum est, et Ptolomeus singularum quartarum anni dispositio-
res colligit ut eos qui variant augmenta vel diminutiones generalis et annue qualitatis. ideo
preter anni gubernatorem supremum et potentem singularum quartarum dispositores appreciam.

In veris igitur figura (rubricated) respiciendo dominium in quartam et non in annum comperio Jouem
ex potestate dominij in gradu coniunctionis, et ex aspectu oppositionis. hec enim est regula Hali ca. 19 primi
quadr. Ptol. Si acciderit ex in signo habeat aliquis potestatem et respiciat illum qualiscumque sit. pro
accipies pro domino illius loci. Ipse autem Jupiter dominus domus diametraliter hoc est de gradu in
gradum aspicit. Huic participant venus domina anguli anterioris et Saturnus posterioris per
domorum commutationem et quartum aspectum se se recipientes. His tamen Mars suas vires commiscebit

In estatis quoque figura (rubricated) eundem Jouem in loco Lune in 28 Sagittarij soli oppositum et Joui qua-
drate dominantem comperio. ipse enim in septima locatus in termino veneris. etiam ascendenti dominatur
et signo Cancri quem sol ingreditur preest vi exaltationis et sextili aspectu. Huic venus cum
Cancro culminans et ascendenti libre in introitali presidens. adiutricem se obtulit. verum utique
Saturnus et aspectu termino et dominio in ascendente. et etiam Mars in decima cum venere in Cancro
constitutus. se se immiscebunt non omnino seclusi a dominio et gubernatione quartam estimarum

In autumnum autem figura (rubricated) Mercurio prima cessit potestas. ipse namque dominus loci Solis in
eodem signo domo et gaudio suis extra radios desinerit. Saturni domini exaltationis signi
Solis naturam et vim recipiens. eo quod ipsum in altera domorum suarum quadrato respicit.
Sustinebit igitur Saturnum condominatorem eius oppositio. ipse enim et ascendentis introitalis per terminum
et triplicitatem. atque sextilem et gradualem aspectum dominari conspicitur. —

In figuris eius quarti hiemalis etiam Mercurio prima dabitur gubernacio. In loco namque lune potestate dominij et opposito radio vicit alios Saturnus aut pessimus sua in eodem signo in quo triplicitati preest. ac etiam Jupiter in ascendente utroque potens. sese in principes dominij offerent. quibus generatim Mars se ingerit. eius namque exaltacionem sol intreditur. et ipse iuxta ptol. ascendentium triplicitati participat. et tunc in domo sua vertitur

Eclipsis sive deliquij Solis examinacio

In coniunctione Apriliana que erit 28 die Marcij anni currentis. Sol ipse cum vincente patitur per lune interposicionem in partibus orto et fere medie sue diametri adumbrabitur non longe a Cauda draconis. sub 18 gradu Arietis. in domo celi duodecima atque tenebrarum. Cuius deliquij inicium erit feria tercia post dominicam letare. qui est dies et hora Martis. post horam 11 minuto 15. ab occasu. aut post exortum Solem paulo plus uno equali hore. ascendente pene 9 Tauri. Medium aut eclipsacionis erit post h 12 minuto 14. ascendente 26 Tauri. finis aut atque exitus interposicionis lune. h. 13. minuto 10 ascendente 13 Geminorum. Tota igitur duracio ab inicio observacionis in quibus erit hore unius et 54 minutorum. Sed quia in eclipsium predictionibus quattuor observanda sunt. ut ptol. docuit. loca videlicet quibus euentus ipsi portendunt. tempora genus et species. ideo de his ordine prosequemur expresso

Quibus regionibus ciuitatibus et alijs locis portendat

Ad hoc enarrandum diligenti observacione Mathematicus signa eclipsis. ascendentis, prelocutoris, diametra et quadrata colligere debet. quibus ordine suo compositis. facile percipiet quibus in regionibus urbibus et hominibus euentus boni et mali subsequentur. Quia itaque in Arietis. signo triplicitatis ignee que toti quadranti Europe a ptolomeo ascribitur contingit hec solis eclipsacio. ideo generali influxu tota Europa euentus signatos excipiet. Nec minus partes que circa medietatem totius habitabilis. huic quadranti opposite sunt. idem percipient. quales sunt Syria. Macedonia. Achaia. Creta insula. Syria. et latus asie minoris Determinamus aut regiones que Arietis signo assistantur. ut est Britannia que nunc Anglia dicitur. Gallia transalpes. Germania. Bastarnia. Slesia. palestina. Idumea. Judea Polonia minor et Podolia. Ciuitates aut hec. Cracouia. Camenecum. Verona. Venetiana Viterbium florencia. Neapolis. et Capua. Omnia denique loca arenosa. loca ignis. speluncarum latronum. Metallorum que igne veniunt. res incore. et horis quibus ascendit secunda facies Arietis et quorum effigia in eo signo citra et ultra quinque gradus. a denominacione constituta sunt. his locis principaliter accident significaciones eclipsis. Secundario aut locis diametralis signi libre scilicet subiectis. Deinde signo geminorum in quo gubernator eclipsis Mars ipse decurrit. locis et hominibus subiectis ac item toti Tauro ascendenti et pessimo Saturni infecto. non bona portenduntur. Polonia videlicet maior. et Russia alba. pars etiam Slesie circa Nissam. Constantinopolis. Bononia Sene prusia. posnania. Brusna. et Nouogrodum Russie. cauent

Quo tempore incipient et quanto durabunt effectus

Inquit ptol. et omnes cum eo. Quot horis equalibus durabit eclipsacio Solis. tot annis durabit et effectus signatus. Duabus aut fermis horis ut expressum supra duratura est hec eclipsis. fere igitur duobus annis. quod dempto uno mense. euentus ipsi producentur. Principium aut eiusmodi euentuum potest sumi iuxta elongacionem loci eclipsis ab angulis figure tenentes cum iuxta ptol. et hali. elongatur centrum eclipsis. quot sunt hore inequales elongacionis tendentes ab angulo. Nunc aut quod euenit eclipsis non longe ab ascendenti quod in duodecima in primis quattuor mensibus qui mox post eclipsim subsequentur sunt significaciones apparebunt. ut textus ptolomei sonat. et omnes persuadent modernorum. Quia in locus eclipsis in primo themate distabat ab horoscopo. 24 tercio et 49 2 duntaxat ideo inicium eorum ab hora eclipsis et die. post duodecim dies apparebit. a die scilicet 12 Aprilis. duodecimque ut recte post inicium incendentur. in prima scilicet tercia Maii durant annos per pos octo menses

ad finem decem equalium nouembris venisse. In medio aut eclipsis distabit locus eclipticus ab ascendente una hora et 19 minuto. A die igitur eclipsis transacto uno anno et quatuor fere mensibus circiter medium effectum eclipsalium. id aut erit circa diem Margarete anni sequentis 1531. Euanescent aut omnes atque in toto peribunt post duos annos a die eclipsis et 4 menses. anno scilicet 1532 ad finem decem mensis Marcij. illic namque duarum horarum et 23 minutorum distancie finis eclipsis deinceps computantur. Obmitto aut primo commenta hali. qui aliter in sole distribuit initia temporum

In quo genere et in quibus rebus euentus contingent

Genus rerum in quo futura accidencia contingent. authore ptol. deprehendimus ex qualitatem signorum et imaginum eorum in quibus loca ipsa defectum invenientur animaduertimus. et eorum stellarum in quibus partes et fixe consistunt stelle que signo eclipsis et anguli precedentes dominando disponunt. Nunc igitur locus eclipticus est signum equinoctij verni. utque in sacerdotibus ac dei cerimonijs significacionem habet. Dominator aut Mars in signo bicorporeo et humano consistit ideo monstrat ea que accident in hominibus subiectis et eorum Regibus. Est etiam signum eclipsis Arietis scilicet quadrupedale domesticum. et signum ascendentis scilicet Tauri. itidem. hoc quidem maiorum illud vero minorum armentorum. idcirco in Arietibus. et bobus et quique talia ab hominibus aluntur que ad usum eis sunt eorumque industria ensuetacta ad copiam reifamiliaris. in his ventura sunt effectus enarrandi. Et quoniam adhuc Aries est signum equinoctij verni erit significacio generaliter in rebus aeris in vere In fructibus item arborum qui vere oriuntur et in vineis mirabilibus et alijs qui tempore verno nascuntur. Et quia eclipsis est a parte orientis uerum in duodecima et parte vndecimi domorum venient in fructibus et grani in omni genere expresso. quoniam sunt inuentutis ac in ipsis fundamentis que sunt primordia rerum, anima designata. Quantitatem vero subiecti generis. defectus magnitudo luminaris declarat. nec non planete significantes annos. orientales ut occidentales. directi. retrogradi. diametri et quadrati loco eclipsis. Cum igitur fere tres partes solaris corporis adumbrantur. erunt fere tres partes generis subiecti recipiet annos. Venus quidem dum aspectus orientalis et a radijs remota. augebit suas significaciones. Mars aut cum Saturno orientales. peregrini in eorum signis et varijs aspectibus minorabunt suas malefirencias. quinimo contrario angulares et horoscopantes exprimendesperet volent.

Quales euentus ex hac eclipsi Solari spectandi veniunt

Qualitas euentuum ipsa est qua boni et mali et mixti ex utroque habeantur. hec aut potissimum observanda est tum a planetis locis ecliptico et alijs dominantibus tum a fixis que concomitantur et eorum commixtione unius cum alio et a locis in quibus sunt. Inprimis itaque loco ecliptico dominari comperio Martem reciuentem per dominij triplicitatisque potestates. qui et si non aspiciat loci gradum signum tamen eius sextilibus illustrat radijs. et a venere dum anguli ascendentem per gradum aspicitur. Ipse igitur cum maleficus sit per natura debilibus quod sextilibus radijs contemperatur a venere exasperatur aut eo quod in Saturno in termino proprio ante hec virtus fuerat nec huiusque vim nocendi amisit. et tempore eclipsis ascendentis Domini sol in Saturno damnauit. Dominus est insuper hore illius. et stelle fixe pauce latitudine de natura sua et lune quod pleiades tenebrose et pluuiarum multiplicatiue, in principio eclipsis ascendenti Tauro iunguntur. Nec Jupiter eos mitigat. remotus enim est ab aspectu cadens et in occidentali signo retrogradus Relictus est itaque senus Mars in malefirenna sua cum Saturno. cui orbem lune et vim coniunctionis commisit. hec non nisi pessimos euentus portendunt. que dum figuras reuolucionis anni perornant. adhuc adaugent maliciam signum cum Arietis sextam que est egritudinum et potentiis in figura possidente et in octauali quartam possidet. hinc ruinam ciuitatum maxime prediorum terrarum deuastacionem. illinc mortalitatem hominum pecorumque et grauem hiemam designans. Inferiorum tunc aut ipse ut prefectur dominantes. potentesque corporalem coniunctionem. septima prenenme et sextam interitalis pessima sua damnarunt. Ex his itaque iuxta sententias ptol. Messahalle aliorumque peritorum indicium. effectus venturos in locis et rebus expressis distincte temporibus describam.

Id in premonco. Sicut nihil temere in hac arte discendum, ita et iudicandi legenti convenit
In cognoscenda namque commixtione virtutum celestium ingens est gravitas. qui ut inquit Hali
expedit ibi magna acuitas intellectus magna vis ingenij et magnus usus cum experientia
Non illico igitur credenda sunt iudicia astrologica sed ponderanda et modeste interpretanda

De qualitatibus aeris et temporum generalibus.

Prima propositio Mars dominus anni et eclipsis Solaris in prima domo. discommodum fuerit anni et molestum mortalium status. Saturnus quoque idipsum portendit mixtus lumini eius et angulo.
Secunda propositio. In aere siccitas scintillationes. ventorum. tonitrui et coruscationum vehementium frequens terremotus in locis idoneis. inordinata varietas elementorum et impressionum in aere generatarum generaliter verno tempore exuperabunt. **Tertia.** Saturnus in ascendente medie eclipsis. mam pro parte aestum vernum asperum infrigidabit ac semel vel iterum fluminum inundationes ex pregnantibus hymbribus certis locis faciet, huic attestatur orientalitas eius superiorum
Quarta Quarta vernalis ventorum frequentia rabiesque sonora. siccitate nimia celi et sterilitate terrenascentium animos hominum turbabit. id aspectio partis et receptio mutua oppositionis Martis ad Iovem in revolutione anni et rotatio Saturni et Martis in signo septentrionali geminorum per maiorem partem veris. **Quinta** Estas ultra solitum calorem et siccitatem intendet siccitatisque sementa minus fertilia ministrabit. ex dominio Martis. et locis suis signis superiorum duobus calidis et terno sicco ac sterili **Sexta** Autumnus una cum hieme frigoribus rigescent et ventis inordinatis et turbulentis nubibus habundabit. septentrionalibus et occidentalibus prevalentibus ideo in gelu fortitudo aderit et generalitas ex Saturno in ascendente eclipsis

De fertilitate vel inopia victualium

Prima propositio Sumpto iudicio ex eclipsi et revolutionum figuris. diminutam fertilitatem terrenascentium pronunctio et minorem quam mediocrem. ut per multa loca inopia et famis timeatur. et in vulgo timenda calamitas. Inquit enim Messahalla signum frumentum et in Martem in terris. destructionem arborum et mortem ... in terra eius signum fructus propter ut his in polonia et Russia. et Moskovia **Secunda** ventorum fortitudinem et frequentia. fructuum casus, arborum eradicatio. et edificiorum direptio in plerisque locis interdum contingent ex locis infortunatorum signo equinoctiali eclipsis et transitu Saturni per geminos. Iovis autem per virginem regressionem toto verno ac per estatem progressionem cum Saturno in domibus Mercurij
Tercia Armenta insidiis ut oves caper Arietis. mutones et alia ministrancia vellera usui humano ac item boves vacce. cameli et alia armenta maiora non bona sorte vexabuntur his namque locis eclipticus scilicet Aries. et ascendens eius scilicet Taurus. infecta eclipsi et infortunis portendunt mortem. morborum multitudinem quibus corpora disponuntur et infructuosa efficient usui humano. Nec minus tumultu bellorum occidentur et in predam venient

De salubritate aeris morbis et pestilentia

Prima propositio Cognitis sententiis astrologorum omnium ut hoc anno predicem pestilentialem. Cum enim ut Hermes habet Sol et Luna omnium viventium vita sint. et signa equinoctialia vitalia dicantur. Igitur solis in Ariete eclipsatio et Martis dispositoris in signo humano scilicet geminorum ac in domo vite cum Saturno presentia. etc. epidimias et mortalitates pestilentes portendunt
Secunda Et si vernalis quarta in qua exordium effectum eclipsis intendent non sit libera a pestifera aura. magis tamen in autumno exprendesceret et effundet vires suas. Inquit enim Messahala. Saturnus in signo humano retrogradus. significat et auget significatam in eclipsi ut revolutione anni pestilentiam. Eo tempore ita accidet. et altera eclipsis scilicet Lune in Ariete erit accidet **Tertia propositio** Preter generalem pestem. hec eclipsis Regum. Magnatum. Principum. Episcoporumque et divitum interitum ac mortis crudelem et gladij perniciosum portendit. Signum enim Arietis exaltatio est Solis et domus Martis. nec memoratis personis similitudinem habens
Quarta Cavendum erit serenissimo Sygismundo Regi polonie ne hec eclipsis sanitatem eius ledat. Diebus namque Marcij directio sydus Lune radiis directa est ad quartum dextrum Saturni similiter ascensus Sole nativitate professionaliter venit in 20 Arietis. gradum proximum ecliptico Non morietur tamen. nondum periodus eius venit. nisi insalubris dieta contrarium induceret astris et breviaret vitam
Quinta ultra portenta pestilentie Saturnus commixtus lumini Martis in ascendente. corruptionem corporum inducet. sanitatisque adversabitur hominum et pecudum. ingenerabitque longos morbos et pestiferas febres. fluxus reumaticos tusses. gravedinem membrorum turbationes animi. gutturis et scapularum dolores. et generaliter morbos ex melancolico nec minus colerico humore venientes.
Sexta Timenda omnia mala hec polonie maiori et minori. Slesie. podolie Gallie et generaliter universe germanie. signa enim Arietis Tauri et geminorum loca hec respicientia infecta mortaliter

De bellis et anxietatibus futuris

Prima propositio Bellorum que geruntur solicite. non erit hoc anno cessatio. sed prosequuntur licentiosior quamquam annus iste erit belliosior prioribus. fervent namque bella a parte orientis in omnibus eius ... turbatio nimia Christiane Europe ex bellis industrie factis. per viros exaltatos et turbulentos. qui non dabunt terga sed manus conferent et digladiabuntur pertinaciter propter id hoc loco eclipsis et Martis angularis in geminis **Secunda** Consurgat germania et francia maximi enim terrores ex impetu bellantium in eos irruent. intrabit namque exercitus ex regnis orientalibus et devastabit regna eorum. et (quod deus avertere dignetur) victor evadet Caveat eciam polonia et Russia. et Tartarorum incursiones prohibeat in medio Aprilis. ex causis consignatis in eclipsi. et propter eas. locus eclipticus est septima (que bella indicat) Regis prosectio denique a sydere Lune et a sydere ascendentis coronacionis veniens ad sydus ecliptium propterea atque regni portendentes periculum et tumultuosas bellancium incursiones **Tertia propositio** Si vera est natus Johannis moderni Ungarie Regis minus felicis. in qua ascendit 15 Libre verendum omnino erit illi. quia erit sydus eclipticum[a] culminabit hora nativitatis, nec iam eius signum nescitur cuiuspiam. factionibus plenum. Regnum autem hungarorum propter Martem gubernatorem eclipsis diametro facientem eorum signum. et Iovem retrogradum in detrimento suo per quartum iam tot factionibus quassatum ne desolaretur et illibatum sibi fiat. providat. et forte si deus admiserit mutabit suum statum et in alienum devenit imperium et omnium Christianum
Quarta Ferdinandus Rex Bohemie atque Dux Austrie hoc anno pace privatus. loco quorundam deliriorum. molestias in liberis. tristicias in agendis rebus. gravitates in regno et contemptum subditorum agnoscet aptissime. signum enim eclipticum est quinta nativitatis et ascensus coronacionis Conatus denique ipsius ad regnum hungarie vix non frustrabitur. Nam Iupiter dominus ascensus coronacionis. et Venus domina decime. cadunt in figuris et eclipsis et anni revolutionis
Quinta Illustris dux prussie cum sua ducali provincia nihil adversi ex hac eclipsi et revolutione anni sentiet. remotus enim est sydus eclipticum a precipuis locis figure ducatus verum quia signum Cancri. quadrate tedetur radijs. sentiet terra ipsius partem malorum eclipsalium. Et quia signum Arietis in quo eclipsis est signum Nove figure ducatus in oppositione Martis ideo in rebus fidei et divine religionis non nulla mala attentabit et temere ac subdolo animo aget
Sexta Christiana et Romane ecclesie religio. temeritate et licenciosis inventionibus hereticorum infirmabitur et pessundabitur. Nam signum eclipsis. exaltatio est Solis qui habet fidem Romanam. Mars autem gubernator in domo Mercurij significatore fidei, qui in figura precedente introitum Solis in Arietem iunctus luminaribus Iovem per oppositum ferit et cerpit. Consurgent denique potentes defensores scismatis lutheriani. qui maliciose et vafris persuasionibus illud tuebuntur Morietur denique aut summus pontifex aut unus excellentior inter Reges Christianos. Nam sydus eclipticum est sydus exaltationis Solis. excellentioris inter omnia astra.

Saturnus in ascendente

[a] qui fuit locus Solis natalis

Capitulus de conditione et fato hominum vulgarium

Prima pars Quia luna damnata corpore Solis in domo tenebrarum et aspectu postremo Saturni atque Martis dominatore in eclipsi nec minus in figuris veris ut videre quivis poterit. Ideo in regionibus precipue convenientia in Ariete et Tauro habentibus penuria victualium et sterilitas, bellorum tumultus, captivitates non tamen simplici quibusdam etiam nobilium et magnatum vulnerationes, occisiones, rapine et manuum abscisiones, egritudinum frequentia et pestilentie adventus. Plures regnis imminebunt subito et multipliciter. In estiva quarta paulo melior conditio apparet et si namque luna angulos possederat figurarum decimam scilicet precedentis et quartam meridionalis illic in aspectu Saturni aspectu vero et opposito Martis atque Solis lesione. Istis vero in detrimento ad oppositum Martis super se elevati propter domum quam ascendentem et si fortune debiles tamen satis sed magis maleficorum radiis damnati. Hinc inditio aliorum felicitatem septe in honore apud principes. At in eorum conditione angusta et dure vite non meliorabitur.

Sexta Autumnus deterior in parte erit septe preter mediatate anni. Retrogradatio namque Saturni in geminis in aspectu Martis dispositoris eclipsis ac Solis eclipsati decursus in diametro loci in Cauda draconis pestiferum aerem effundent in vulgum permissent et habunde. Nec respsibus bella Marte cum Sole in diametro eclipsis et Saturno pro loco Martis respondente. Augustiabitur insuper populus intranquillitate aeris turbide, nebulose et ventose rabie. Et fame diuturna affligetur ultra iam predicta in preteritis aspectus oppositis et presertim corpus Saturni. Luna autem opposito Martis ac item in meridionali a corpore Saturni ad quartum Martis labitur. At tandem hiems meliora fata dabit, evadet tamen tunc omnium maleficorum radiationes.

Tercia pars In vulgo qui corpore laborant et sine quesitant victum. Qui denique armenta tenent et maiorum et minorum usu fovent. Et qui per artificiosa lana laborant magne querimonie orientur ubique tamen damna, angustie, improsperitas lucri, mors animalium abductio per milites et rapina aperta molestabunt. Atque Agricole non aptas habebunt pluvias per aut modicas aut temporibus non congruis. Hec omnia patent ex signo Arietis et Martis.

Saturnini homines ut melancolici pallidi et fusci ex complexione, et artes laboriosas et male olentes laborantes. Heremite quam et Judei agricole, Naute et fossores septem sa... Saturni in Marte iunctum in figuris anni revolutionis mortem frequentem inter se videbunt. Lites et magia multiplicabunt ad petendum mercedem plures iterum se obligabunt et tranlenti... eos se prestabunt. Qui vero senescunt plures mortem obibunt alii morbo alii gladio in vere propter. Nam in estate et sequentibus quartis plus senescit Saturnus sal... in pueros et iuvenes gladio in estate et peste in autumpno propter decursum suum in geminis et retrogradationem.

Joviales virtute nobiles, divites et magnanimi. Legum et decretorum doctores, pastores ecclesiarum preterea honesti et liberales, et generaliter omnes sive sacerdotes sive seculares religiosi nimium sectantes sincere debilem admodum statum agnoscent in honore scilicet dicenda et in bonorum habendo improsperum. Comprehendent tamen et egritudinibus vexabuntur. Ex Jove in sexta eclipsi habendo figure in detrimento suo retrogradi et a quarto Martis non remoti. Is denique status his figure in duabus quartis anni sequentibus debilem tamen habet statum Jupiter in illis non relinquet eos in duabus quartis anni sequentibus. Debilem tamen habet statum. Jupiter in illis quidem in cadentibus locis nunc tamen et statim aspectu radiatur infortunarum. In autumpno et hieme meliora sentient tempora. Nam Jupiter signum libre possidet et tercium atque nonam domos figurarum illic sole et Capite circumdatus.

Marciales ut omnes pariter armigeri, homines iracundi, impetuosi, malefici, falsi accusatores, lenones, potatores et lusores generaliterque omnes alienarum rerum cupidi, predatores, incisores, i prodigi et fures. Secundum artem igne et sanguinem laborantes. Comprehendentur in suis malis operibus nam ad effundendum sanguinem reddentur licenciosi ad minuendum occidendum, manus amputandum. Violentiasque omnis generis inferendum erunt faciles.

Id enim est fere omne malum Mars dominus eclipsis in Geminorum signo restabit in angulo ascendentis. Partem in medio coeli malorum adiungit illi Venus et stabili radio. Cumque et adverso coniunctio eius cum Saturno et malorum congeries portendit ut videre poterit omnis conditio hominum. Fraude in sanguinis effusione. Latrocinia mendicitas peste fame et captivitate.

Venerei ut sunt Cantores, Musici, Joculatores, Juvenules et domicelle statum habebunt mediocriter fausctum. Nam ipsa Venus libera est et Martem radio stabili a malicia solvit. Vix tamen meliorem ceteris conditionibus experientur statum eo quod Taurus et libra domicilia eius male radiantur in eclipsi et ipsa Venus in domo duodecima sub orbe Sole sistit. Et quia in preventione anni in quarta et Saturni domo, ab eo per quartum leditur. Multi conqueren... in lamentationem laboribus et anxietatibus fere toto anno permanebunt. Preterquam in autumpno ubi utrumque meliorabit statum suum Venere in libra et Capite reluminante.

Mercuriales ut sunt exercentes se in scientiis speculativis, oratores, Theologi, Scribe, Cancellarii, mercatores atque omnes ingeniosi mundo suas operas exercentes levitatibus se et dabunt minimum et loco sanarent rebus mediis et veneri instabunt. Nam tempore eclipsis Mercurius in domo et termino Veneris cuius natura sectatur et a Cauda et Saturno obsessus. Mars autem in eius altera domorum ... ingenia et astucias ad mali promulgationem suggerere. Oppositus denique Mercurii ad Jovem et mutua Veneris corporis contradictionem adversus religionem et sacerdotium suggeret verno tempore. In estate autem Mercurius cum Saturno in domo sua recipiens eum in domibus nona et tercia constituti mira ingenia expositiones in scripturas religionis excitabit. Et forte aliquid novi inventionis ingeniosi prioribus adiciet. In autumpno retrocedente Saturno eidem ambulando vel in detrimentum partem invertendo sed quam iteros mala tempore hiemis vulgus autem intercepto per auctores male et opinionibus contumeliis tempore heresis nec respondet. Id enim significat Luna cum Saturno iuncta et Mercurius retrogradus combustusque in detrimento suo diametraliter respiciens.

Caput de statu Regum et magnatum in genere et primatum regni

Ex revolutione anni Solem Saturnum dominos medii celi arripio pro significatoribus Regum.

Prima pars Verno tempore Venus domina domus meridionalis circundans Solem dominum domus precedentis cum Marte in domo tercia meridionalis et quinta preventionis indicant Reges et omnes precellentiores super populum obversari in providendis et curandis rebus divinis et legibus ac generaliter in his que thesauros eorum et sufficientia deliciarum attinent. Saturnus autem eorum alter significator peregrinus Martisque iunctus in septima et decima in sexta tamen doloribus eos affliget et morte tamen controversiis et bellis frivolis parturit inquietatem pluribus.

Secunda Ex eclipsi solis in sua exaltatione aliqui et magni quidem Reges et potentes in regionibus precipue Arietis qualis est Francia, Germania et Polonia subiectis morientur aliqui insperatis bellis et potentiores adversarium insultum aut e regnis pellent aut subactis captivabuntur. Et quia infortunis aspectus quod est septem presentiis eorum inferrent anxietates, tribulationes, vexationes, captivitates in bellis, dominum pestis ac fames in septem multiplicabuntur et crescent Regum expensiones hec omnia magis accidet.

Tercia Sigismundus Rex Polonie quem deus in multos conservet annos non evadet hoc anno belli incomoda, ut adminus sentiet et insultum inimicorum sui Regni. Nam in nativitate sua gradum eclipticum in septima domo habet. ... in Marte qui culminabat in themate coronationis ut eorum nostris quibus patet. Et quia hoc anno luna dirigetur ad quartum Saturni dextrum, fustrativa ad te diem februarii, ideo curabat sua serenitas malam valitudinem sui corporis ex humore frigido et humido pressifero in extremis membris et signanter in pedibus a lumbis ipsis usque in extremum pedum.

Quarta Quia denique hoc ipso anno eius 63 currente gradus decimus radicis nativitatis
eius directus est in oppositum Saturni primo die Julij. ideo sua Maiestas molestabitur gravi:
ribus negotijs Regni sui. atque iniuriarum vilium et forte bellum atrox sustinere cogetur.
Quinta Quia serenissimus Romanorum Imperator semper Soli ascribitur. Ideo Sol eclipsatus
in sua exaltatione et domo duodecima. malum statum illi portendit. quare cum metet ut lan:
dabiliorem finem in imperio suo consignatur. cum ipsa eclipsis designet. nisi ad malum
in fratribus eius potius accidet. quia locus illius. tertiam nativitatis eius domum possedit.

Hungarie Regnum tot calamitatibus afflictum in figura eclipsis signum Sagittarij in ter:
mino Solis et Veneris habet locatum. minus quidem regno illi designans. Sed quia Mars in opposito
et Jupiter in detrimento suo retrogradus et in sexta radius compescitur. quapropter non quiescat
adhuc tumultus iste in Hungaria sed bella germinabit ferventia. populus affligetur fervente
et inopia. Et quia Regis modernum Johannis. locus Solis in septima nativitatis fuit. est idem
quem et locus eclipticus. ideo timendum erit illi de vita sua per adversum casum. vel forte de
quo et locus ecclipticus. Qualiter aut ex figuris anni conversionis. Tempore veris ubi maior
captivitate incapabili. Qualiter aut ex figuris anni conversionis tempore veris ubi maior
pars Sagittarij in duodecima cadit et pars in ascendentem porrigitur. et Jupiter in detrimento suo
in termino infortunarum incidit. mitior quidem Hungaria gaudebit ad meliora sed non perfecit
in votis suis. succedit namque quarta estiva in qua Saturnus diametraliter ledit signum
Sagittarij et Jovem quadrato. loco itaque melioratis redibit angustia et afflictio. tum a do:
mesticis tum ab exteris depopulationes. In autumno Jupiter veniens in Libram triplicitatis
sue. et Sagittarium sextiliter radians una cum Venere. Saturno aut diametrali separatione
debilitato. magna pars malorum ab hoc regno abicietur sed quod inter tanta mala.

Bohemia et Italia signo Leonis atque Soli ascribuntur. eclipsatio itaque Solis in exalta
tione sua et in domicilio Martis. adversum casum in Regibus horum regnorum portendit. quia
mortem aliquorum ex magnis dominis et quasi Regibus. insuper et bellorum fremitum. non
absque magno incommodo populi et magnatum. longo tempore duraturum promittit. Saturnus
namque quarto prospiciens Leonem. magna fortitudine liberi. prelia et guerrarum que mul:
tum durabunt et rebelliones rebibunt teste Haly designat. Ex figuris aut revolutionis
in vere Leo decima preoccupat. et octava introitalis cum presentia Lune quasi infortunatum
inferiis occupavit. quia de re in populo horum regnorum mortalitatem sequentem minatur
et potentum controversias in vulgo vel occasione bellorum molestias et tribulationes multiplicat
In reliquis anni partibus quietiora fuerint tempora. elongato enim Leone a radijs malorum ha:
bebunt. Nam propter Solem in nona preoccupat et quartam introitalis a Jove et Venere
irradiatum. exaltabitur gens utriusque regni in fama et honore ex rebus industrie gestis
ex quibus benevolentiam exterorum sibi conciliabunt. In autumno aut honestiore religionem
colent et celebrabuntur legittime nam tunc Sol iunctus Jovi et Capiti in Libra cernitur. no:
nam preoccupationis et tertiam introitalis illustrans. In hieme aut propter Solem a dia
metro Saturni et Lune lesum. controversijs in populo et presidibus vexabuntur.

Polonie regni provintia minor et Cracovien districtus. ex eclipsi ista
in signo Arietis facta non nimium terreatur. Nihilominus quia terre facies propinquant
quam ecclipticus non modicam partem erraticum effectum suscipiet. mititer tamen. Venus enim et
Mercurius dans vim suam Veneri. circundant locum eclipsis et fortunant eventus futuros.
Martem etiam Venus ex sextili a malitia solvit. In populo itaque regni huius non video aliquid
ita horribile quod singulariter eos tangeret predicendum. preter pestilentiam sicut alibi ita et
hic advertendam. Nam Saturni transitus in signo humano scilicet geminis in pueris et iuvenibus tempore
ecclipsis datus fuit. ex post in autumno. pestilentiam minatur. etiam ad eclipsis Solis in Ariete testante

In figuris etiam veris tempore. terrea facies Arietis respiciens Poloniam minorem quintus cadit in
sextam preoccupationis. nihilominus libera est a malis radijs. In introitali aut in angulo quarti
termino Lune radiata. decumbit. Magis itaque timendum erit nobis a bellis et ab incursionibus Tarta:
rorum. signum enim totum Arietis hora eclipsis in duodecima versatur. et Mars cum Saturno in aspectu
designantes bella. captivitates. occisiones et armentorum abductiones. In estate infeliciora experi:
mur tempora Cauda enim terream Arietis faciem in aspectu veneunt. et Mars ex aspectu sextili quarto
radiat. Tunc denique Saturnus in geminis descendens. et Luna diametro inficiens pestes nimia porten:
